XIV

15. 1. 138.

15 II. 1

Digitized by Google

Vallombrosa.
N.° 7044:

Digitized by Google

Digitized by Google

PROMTUARIUM RERUM NATURALIUM ET ARTIFICIALIUM VRATISLAVIENSE

PRÆCIPUE
QUAS COLLEGIT

D. IO. CHRISTIANUS KUNDMANN
MEDICUS VRATISLAVIENSIS.

VRATISLAVIÆ
APUD MICHAELEM HUBERTUM,
M DCC XXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B. L. S.

PRomtuarium hoc typis exſcriberē non fuiſſet animus, niſi petitis amicorum abſentium ſatisfacturus; aut quæ bis, & pluries posſiderem, iis gratificari; aut ex apparatu aliorum, defectus Collectionis meæ ſupplere intendiſſem; aut quæ hic *Vratislaviæ* curioſa extent, ipſis notificare, animo ſtaret ſententia.

Tuque etiam, qui omnia fugitivo oculo perſpexiſti, habeas quo memoriæ tuæ ſuccurratur, præcipue cum auctores allegaverim, ubi pleraque hæc aut deſcripta, aut ære inciſa reperiantur; quod deſiderandum in omnibus Catalogis, huc usque editis, aut *à Michaele Bernhardo Valentini* in Appendice Muſei Muſeorum collectis, aut poſtmodum publicatis,(*) ubi non raro rem vilisſimam & vulgatisſimam, pro pretioſisſima & rarisſima, venditatam legas.

Cæterum ſi quæ hic offenderis, tibi melius cognita & perſpecta, rogo, ut tuas nobiscum communices accu-

ratiores denominationes, deſcriptiones, obſervationesque; dabitur forſan occaſio ea addendi, & omnia uberibus locupletandi; præcipue delineationem & deſcriptionem earum rerum, nullibi & raro alias obvenientium & notarum adjunxi *in Collectione Vratislavienſi eventuum Phyſico-Medicorum ſingulis annis obtingentium;* item adjungam pluribus, *in Examine Foſſilium & Lapidum figuratorum* proxime prodituro. Vale interim & fave

Auctori & Collectori.

(*) Ita prodiit Muſeum *Gottwaldianum* Gedani An. 1714. in 8vo. Muſeum diluvianum quod posſidet *Joh. Jac. Scheuchzerus* Tiguri Anno 1716. in 8vo. Catalogus zahlreicher nützlicher und ſonderbarer von Natur und Kunſt gebildeten Seldenheiten in Regno Animali, Vegetabili & Minerali *D. Christiani Maximiliani Speneri* Berol. Anno 1718 8vo. Catalogus rerum Mineralium & Metallicarum quas collegit, *Georgius Gothofredus Richter*, Fribergæ Anno 1719. 8vo. Willem d' Orville Paſtoris Harlemenſis Catalogus van een Uytmuntend Kabinet, beſtaande in Hoorns, Schelpen, en rare zee gewaſſen, ſchone Agate, Carneolyne, Boom en andere edele Geſteenderis Amſtelodami An. 1722. 8vo. Quæ Muſea omnia præter *Scheuzerianum* lectu dignisſimum, publicæ auctioni expoſita fuerunt.

PROMTUARIUM
RERUM NATURALIUM
ET
ARTIFICIALIUM
VRATISLAVIENSÆ.

Digitized by Google

* * *

MActe tuis opibus num ſis maneasque *Budorgis*,
Quas tacitus donat mundus, quas omnia vincens
Collegit ſtudium. Tibi, Præſtantisſime KUNDMANN,
Qui primus mores naturæ hos mittis in auras,
Devinctos credas antiquis moribus aptos.

His paucis
Communem Eruditorum plauſum
è longinquo comitabatur

N. N.

Vratis-

V*Ratiſlaviæ* in Muſeis *Kretſchmarianum*, D. *Laureæ*, *Vollgnadiorum*, D. *Scholtzii*, *Kalenbergeri*, *Cruſii* & D. *Sachſii de Lewenheimb*, eſſe præcipua, teſtatur *Joh. Guilielmus Mollerus in Diſſert. de Technophyſiotameis Altorffi* ante XX. annos habita; & poſt eum *Mich. Bernh. Valentini* in ſecunda *Muſei Muſeorum* parte, annis ab hinc fere X. edita, idem confirmat. At vero jam A. M. DC. LXXIX. adeoque ante XLVI. annos nullum ex his omnibus amplius, ſed longe alia extitiſſe, ſequens oſtendit Programma ſcholaſticum, quod *M. Georgius Wendius*, Prof. Gymnaſii *Mar. Magdalenæi* celeb. dicto anno publicavit, cujus titulus eſt: *Vratislavienſium quorundam Patronorum & Civium ſtudium colligendi nummos;* In hoc vero non ſolum Nummophylacia recenſuit, ſed commemoravit etiam, quorum collectio ulterius extenditur, in ſequentibus: *Vratiſlavia* in privatis Summorum„
& Nobilium virorum Scriniis Numos, vel cum optimis Germano-„
rum componendos, aliquibus etiam anteferendos, grate exhibet:„
Illuſtr. Vir Dn. *Fridericus Maximilianus a Rethel & Hennersdorff, in*„
Schmiedefeld & Elgut, S. C. M. Conſil. & Aſſeſſor apud Capitaneatum Ducatus„
Vratislav. Comes Palatinus Cæſareus, Eques Auratus, quemadmodum„
nupero hoc tricennali intervallo abſolutiſſimum quoddam Muſeum„
ſibi comparavit, ita in eodem præter ſexcenta alia curioſa, quod-„
cunque ex Numiſmatibus rarum aut charum judicatur, mira ſo-„
lertia, nec minore ſumtu depoſuit. Magnificus *Dn. Jo. Sigiſmundus*„
ab Haunold in Sacherwitz, Incluti Senatorii Collegii Senior &c. in recentio-„
ribus imprimis: Incomparabilis *Dn. Daniel Caſpar a Lohenſtein in*„
Kittlau, Reyſau & Roskowitz, S. C. M. Conſil. & Reipubl. Vratisl. Proto-Syn-„
dicus, in antiquioribus apprime, quæ non ubivis obvia ſpectantium„
offerunt oculis. Nec laude ſua defraudandi veniunt, Nobiliſſ. *Dn.*„
Georgius Mauritius ab Hoffmanswaldau in Arnoldsmühle, & Nobiliſſ. *Dn.*„

Daniel à Reuſch, Mercatorum, quos *Vratislavia* alit, facile *primarius* ac„ *Senior*. Ille enim, ſi juſtam Cæſarum ſeriem deſideres a Julio Cæſare„ usque ad Gallienum in æreis dabit: Hic, ſive ex antiquioribus, ſive„ recentioribus ſelectiora Numiſmata efflagites, quantum ex Hol-„ landiæ provincia ante biennium felix aſportavit, pro ſua, qua erga„ bonos humanitate fertur, libens communicabit.

Cum igitur & hi Viri laudati ad unum omnes diem ſuum obierint; ex Muſeis vero, nulli ſua conſtiterint, ſed diſtracta fuerint omnia; dum ſcilicet *Röthelianum Tit. Pleniſſ. Joh. Adriano Lib. Baroni a Plencken, Regio Supremæ in Sileſia Curia Cancellario*, hic loci, poſtea autem heredibus ipſius ceſſit; *Haunoldianum*, qua Nummos ex India Orientali & Occidentali allatos *Arnſtadium*, (id quod nunc una cum incomparabili apparatu nummario Gothæ viſitur,) qua Nummos modernos alios in Bibliothecam *Eliſabethanam* urbis noſtræ, & ad proximos agnatos pervenit; *Lobenſteinianum*, in quo ſimul Gemmæ antiquæ multo elegantiſſimæ fuerunt obviæ, Generoſa *Dn. a Rehdiger* ſumma 4000. Imperialium emit, unde poſtea pleræque omnes in manus Judæorum inciderunt; *Reuſchianum* vero & *Hoffmannswaldavianum* Dn. Eccleſiaſtes *Godofr. Hanckius* hic loci maxima ex parte emtionis lege ſibi vendicavit; ex poſteriori Muſeum Conchyliorum Bibliothecæ *Eliſabethana* teſtamento legatum; apparatus autem pictarum tabularum præſtantiſſimarum magnam partem divenditus eſt, exceptis illis, quas Gener, Generoſiſſimus *Dn. Carolus Ludovicus a Cotwitz*, Senator Civitatis noſtræ Ampliſſimus, adhuc poſſidet: Ego quidem *Promtuarium rerum Naturalium & Artificialium*, uti hoc tempore *Vratislaviæ*, partim in locis publicis, partim in Muſeis multorum Procerum & quorundam privatorum aſſervantur, breviter delineare; deſcriptionem vero copioſiorem & meditationem de ſingulis inſtituendas, in aliud tempus reſervare volui.

Locis quæ Divino cultui ſunt ſacra, nitet quam plurimis iisque magnificis *Vratislavia* noſtra: In quibus dignitate atque opere primum eſt *Templum Cathedrale D. Johannis* in inſula, inter primas *Germaniæ* baſilicas citra injuriam cenſendum. Exordia hujus templi traducta *Vradislaviam* ſede Epiſcopali, quæ *Smogrovia* primum, deinde

de *Bicinæ* fuerat, poſuit *Caſimirus* Poloniæ Rex circa annum ſalutis 1052. Id quod, cum initio ligneum tantum eſſet, ſub *Walthero* Epiſcopo circa medium Seculi XII. de latere, & ſecto per artem lapide exſtructum, ſubindeque inſtauratum, nunc vero ferme totum marmoreum factum, in formam magnificentiſſimam excrevit.

Et quidem ſumtibus *Tit. Pleniſſ. Dni Sigismundi Leopoldi Comitis de Franckenberg & Ludwigsdorff, Eccleſiæ bujus Cathedralis Prælati, Decani, & Canonici;* quippe qui omnia Altaria Templi & Sacellorum ex præſtantiſſimo marmore Pribornenſi, coloris albi cœruleo mixti, effingi, lapideis ſtatuis fulgidius inauratis, aliisque ornamentis inſtrui, in Sacello etiam Manſionariorum *B. Virgini* ſacro illa erigi, ejusmodi marmoreis loricis Sacella, inprimis Presbyterium vulgo Chorum, communiri, ac quatuor ejusmodi lapideis ſtatuis inauratis, Patres eccleſiaſticos *St. Gregorium, Ambroſium, Hieronymum, & Auguſtinum* ad virilis ſtaturæ magnitudinem repræſentantibus, exornari curavit. In hiſce Altaribus ſumtuoſiſſimæ picturæ Italorum, aliorumque artificum excellentiſſimorum conſpiciuntur: In quibus *St. Barbara* ante columnam ſtans marmoream, gladio ad pedes ejus jacente (tanquam ſigno, quod ab ipſo patre ſuo fuerit decollata,) pro effigie plane eximia, cum *St. Catharina* ſuperius erecta, quæ *Brandelium* habuere artificem, in hoc templo ſunt habendæ: Niſi quod *Tit. Pl. Dn. Job. Wenceslaus Zierowsky de Zierova, Cathedralis bujus eccleſiæ Prælatus Scholaſticus & Præſidens Inclyti Regiminis Epiſcopalis Niſſenſis*, it. *Pl. Tit. Dn. Job. Franciſcus Lib. Bar de Hoffmann, Cathedralis & Collegiatæ Vratisl. Eccleſiarum Prælatus, Cantor & Cuſtos, item Præſidens ejusdem Regiminis Niſſenſis*, ſinguli ſingula ejusmodi Altaria in parte meridionali proxime Sacrarium erigi curaverunt, in quorum ordine IX. tabulam mediam *Rottmayerus a Roſenbrunn St. Joſephum* depinxit, tenentem ulnis *Chriſtum* puerum, cui ab Angelo corona ſpinea, aliaque cruciatuum inſtrumenta oſtenduntur. De cætero in tabulis Altarium aliis depicta conſpiciuntur ſeqq. ut in Imo *St. Anna a Schmiedio* pictore Viennenſi præſtantiſſimo: In IIdo *St. Johannes* Evangeliſta ab eodem: In IIItio *St. Carolus Borromæus* & ſuperius *St. Saleſius, Romæ:* In IVto Quatuordecim *Patroni* in afflictionibus, ab *Ambroſ. Mainardo* ibidem: In Vto *St. Michael* Arch-angelus ab eodem: (De VIto vid. ſupr.) In VII. *St. Petrus* & *Paulus* ab eodem *Mainardo:*

nardo: In VIII. *St. Johannes Baptiſta Chriſtum* in Jordano baptizans, cum ſupra exſtante *Zacharia* & *Eliſabetha* itidem *Romæ*: (De IX. vid. ſupr.) In X. *St. Wenceslaus:* In XI. *St. Maria Major Romæ:* In XII. *St. Hedwigis, Glogoviæ maj:* In XIII. *St. Leopoldus* & ſuperius *St. Sigismundus Romæ:* In XIV. *St. Joh. Nepomucenus* a *Mainardo;* qui itidem in Choro, ut vocant, minori aſcenſionem *St Mariæ* ſcitiſſime expreſſit. Prope Presbyterium pro pictura Altaris viſitur ingens & incomparabilis fere Tabula ex metallo, adſcriptis verbis: Victoriæ & Gloriæ *St. Vincentii Franciſcus Urſinus*, Epiſcop. Nicopol. Præpoſitus & Suffragan. Wratislavienſ. H.M. F.F. quæ *St. Vincentium* in craticula repræſentat, ab *Adriano de Fries* fuſa: E regione autem ſimilis exſtat Tabula *St. Mariæ* Aſcenſionem exhibens, opere cælato argenteo, quam *Tit. Pl. Canonicorum olim Præpoſitus, Dn. Comes Gotthard a Schaffgottſche* dictus, huic templo donavit.

Similiter Altare ſublimius conſtat ex argento ſolido, ne cardinibus quidem & antepagmentis forium exceptis: Ad hoc Epiſcopus *Andreas Jerinus* 10000. thalerorum ſumtus expendit, illudque Anno 1591. d. 4. Maji, poſtquam *Paulus Nitſchius*, Civis & Aurifaber urbis noſtræ, affabre confeciſſet, conſecravit: In medio extat *Chriſti* effigies cruci affixi argentea ingenti magnitudine, ſtellis multis argenteis inauratisque cincta, una cum *St. Maria* & *Johanne* ad crucem adſtantibus; in foribus autem comparent *St. Johannes* Baptiſta, *St. Johannes* Evangeliſta, *St. Vincentius, St. Hedwigis;* infra imago expreſſa *Jerini* Epiſcopi, atque è regione inſignia ejusdem, omnia illa quidem ex argento inaurato, a *Bernhardo Edero* hujus Baſilicæ Canonico inventa ac efficta: Subſcriptio habet: *Andreas* Epiſcopus Wratislavienſis, Sileſiæ ſupremus Capitaneus, Altare hoc ex puro argento conflatum, ut pietatis ſuæ in *Deum* & munificentiæ in Eccleſiam monimentum exſtaret, proprio ære F.F. A. C. M. D. XC. Solet autem in hoc Altari variis diebus feſtis, ac primis quorumvis menſium Dominicis conſpici Velamen perquam artificioſum opere cælato argenteo *Auguſtæ Vindelicorum* confectum, quod pro Antipendio Altari obducitur. Inprimis in eodem videre licet ſumtuoſum & belle ſatis factum *Tabernaculum*, etiam omnino ex argento exſtructum, quod opus ſuperiori anno fuit abſolutum a *Joſepho Wolffg. Feſſenmayero*, Dicaſterii Aug. Aſſeſſ. nec non Colonienſis Electoralis & Salzburgenſis Aulæ Argyropola, Cive & fabro

fabro aurario argentarioque Auguſtano, cujus ſumtus ad 14890. florenorum aſcendunt, & maximam partem ex legatis Canonicorum *Balthaſar. Liſchii ab Hornau* Suffraganei & *Ferdinandi Leopoldi Ducis Holſatiæ* Cathedr. hujus Eccleſiæ Decani provenerunt; cujus rei gratia etiam eorundem Inſignia in parte ſuperiori apparent: Cæterum vero in medio imago *Salvatoris*, ſive Ecce Homo; & e transverſo *St. Johannes* Baptiſta & *St. Johannes* Evangeliſta, multis cum Angelis in ſtatuis ex argento fuſis; cælatura vero eminenti, *St. Vincentius* & *St. Hedwigis* exhibentur, omnes illi quidem ſole inaurato colluſtrati, & umbella argentea tecti. Et diebus feſtis Apoſtolorum aliisque conſpiciuntur IV. ingentes ſtatuæ argenteæ, ſupra dictos tres Patronos & Patronam Templi repræſentantes: Nec non effigies *St. Vincentii* thoracetenus expreſſa, quam *Joh. Klinge*, Aug. Vindelicorum oriundus, hic loci ante biennium fabricavit, cujus pondus 112. marcas habet, & pretium 1792. florenorum ſummam efficit: huic incluſum eſt caput *St. Vincentii*, quod *Hieronymus* Epiſcopus numero ſeptimus, vel qui nomen Epiſcopi *Vratislavienſis* geſſit primus, quique Epiſcopatum huc transtulit, ex *Italia* attuliſſe perhibetur, cujus reliquum corpus *Lisbonæ* in templo Cathedrali colitur: adhæc pars capitis *St. Johannis* Baptiſtæ patinæ aureæ incluſa oſtenditur, quæ *Huſſitis* in *Bohemia* tumultuantibus, *Vratislaviam* in Templum *St. Johannis* deportata fuit, unde *Pragam* non rediit. De digito autem indice, quo *St. Johannes* Baptiſta *Salvatorem* noſtrum ſ. *Agnum Dei* demonſtravit, ſcribit Tit. Pl. *Michael Joſeph. Fiebiger* Prælatus & Magiſter ad *St. Mathiæ* in Sileſiographia renovata *Heleniana* Part. II. Cap. VIII. §. 8. pag. 33. „Digitum porro, qui reli„quas inter reliquis ſacras in hac Cathedrali oſtenditur, *St. Johan„nis* Baptiſtæ eſſe humana quidem fide credimus; quin tamen in„dex ille ſit, quo *Chriſtum* generis humani Servatorem tanquam *A„gnum Dei* demonſtravit, dubium nobis movet citatus *R. P. Crugerius*, „qui ſacrum hunc indicem dexteræ manus *St. Johannis* cryſtallo in„cluſum, & auro exornatum in Oſſecano Monaſterio ad fines Bohe„miæ a Ciſtercienſibus Religioſis ſibi oſtenſum fuiſſe aſſerit.

Habetur præterea in hac Baſilica Johannæa lapis, ut dicunt, miraculoſus, in quo pedum plantæ *St. Adalberti* Epiſcopi & Martyris ſat profunde impreſſæ videntur.

Ut alia pretioſa & arte facta ornamenta eccleſiaſtica, e. gr. argenteas nec non gemmis diſtinctas monſtrantias, (ut vocant) cruces, lituos, infulas, veſtes ſacrificas, calices, cantharos, lychnuchos penſiles aliosque &c. taceam: in quibus ſingulari opere eſt Infula, ex ſtramine a Monacho Capucino Romæ mira arte confecta; & alia, quam Regii Polonorum Principis *Jacobi Ludovici* conjux Sereniſſ. *Hedvvig Eliſabetha Amalia*, una cum Principibus filiabus manu ſua *Olaviæ* ingenioſe acu pinxit, inſertis margaritis præſtantisſimis e præda acceptis, quas Turcarum magnus (ut vocant) Vezirius in obſidione Viennæ in veſtitu ſuo geſtaverat.

Suggeſtus omnino ex cæruleo marmore Pribornenſi a *Joh. Adamo Karingero* hic loci, quemadmodum ante memorata Altaria, exſculptus eſt. Supra exſtat effigies Eccleſiæ militantis cum VI. ſigillis, uti Apocalypſ. VI. præfiguratur, a *Joh. Georgio Urbansky* hic loci fabricata, qui & ibidem cælatura eminentiori *St. Johannem Baptiſtam* in deſerto, ejusque obtruncationem in carcere, porro in aſcenſu *IV. Evangeliſtas*, omnes illos quidem ex alabaſtro inauratosque expreſſit. *Chriſtum* vero Salvatorem in ſuggeſtu depinxit *Romæ Ambroſius Mainardi*, ſicut & grandiores imagines *XII. Apoſtolorum* ad pilas templi appenſas, ſumtum his omnibus ferente Illuſtriſſ. *Comite de Franckenberg.*

Adhæc magni æſtimanda in parte templi ſeptentrionali in ſacello VIII. *Mater virgo* cum *Jeſulo* in ſilvula quadam abietum a *Luca Cranachio* depicta: it. *Johannes* Baptiſta cum *Agno*, poſt Tabulam Aræ *St. Vincentii* mediam ex metallo fuſam, a Wilmanno effigiatus.

Maximum huic Templo ſplendorem conciliant duo ſacella ſpatioſa, magnis excitata ſumtibus, & pulcherrimis ſtatuis inſigniter exornata.

Primum ſuis impenſis, dum adhuc in vivis eſſet, exſtrui curavit, atque etiam corpus ſuum poſt mortem, quæ An. M.DC.LXXXII. eſt ſecuta, ibidem tumulo inferri juſſit, FRIDERICUS *Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Haſſiæ Landgravius, Epiſcopus Vratislavienſis, Ordinis Militaris St. Johannis Hieroſolymitani in Provinciis Germaniæ Magnus Magiſter, Princeps in Hertzfelden, Comes in Catzenellenbogen, Dietz, Ziegenheimb, Nidda, Schauenburg, Iſenburg & Budungen &c. Sacri Romani Imperii nationis Teutonicæ, & Regnorum Arragoniæ & Sardiniæ Protector, nec non Ducatus*

utriuſque Sileſiæ ſupremus Capitaneus. Atque hoc Sacellum conditum & d. V. Sept. An. M. DCC. apertum eſt, in honorem *St. Eliſabethæ*, quæ fuit *Andreæ* Regis inferioris *Hungariæ* filia An. M. CC. VII. nata; An. M. CC. XXI. *Ludovico* Landgravio *Haſſiæ* nupta; An. M. CC. XXXI. defuncta; & An. M. CC. XXXV. a Papa *Gregorio* IX. in numerum Sanctorum relata: Quamobrem ſupra aram, nixa genibus, ſtaturam juſtæ habens magnitudinis in nube conſpicitur, VI. Cherubinis & III. Angelis, puerorum ſpeciem præ ſe ferentibus ſtipata tanquam miniſtris, quorum unus dextra marſupium, ſiniſtra panem geſtat, ad ſignificandam ipſius in pauperes miſericordiam; alter oſtentat pileum Ducalem, una cum ſceptro Regio; tertius librum cum corona duplici tenet, ad indicandam faſtigii Regii depoſitionem. Hæ omnes quidem, ſicut & ſequentes ſtatuæ, ex pulcherrimo marmore *Genuenſi* candido ſ. Maſſa Carara, exſculptæ ſunt. In utroque Altaris latere columnæ marmoreæ excelſæ colore cæruleo eminent, e quibus dependent II. Angeli volantes, inſigni magnitudine: quæ opera omnia *Romæ* a celeberrimo artifice, *Hercule Ferreti* fabricata fuerunt. Et ſub Altari oſtenduntur oſſa St. Clementis Martyris, quæ ſtatim poſt feſtum *St. Eliſabethæ* ipſo Clementis die nominali ſolenniter accenſis lucernis publice coluntur.

Monumentum ſepulchrale ſequentibus rebus & rationibus eſt exornatum: ſuper eo genibus nixus cernitur ſupra laudatus *Cardinalis*, elevatis complicatiſque manibus, purpura amictus cardinalitia, mira ſimilitudine effigiatus: ſupra illum pendent Inſignia, & ſuperius adhuc ruber, & genuinus ille quidem ex ſerico factus Galerus Cardinalitius. Ad dextram inferius conſiſtit mulier, longe ſupra humanam magnitudinem, dextra ſolem tenens, ſiniſtra ſpeculum, Veritatem ſignificans: hæc pedibus calcat Invidiam ad ſimilitudinem vetulæ efformatam, cujus capilli multis implexi ſunt ſerpentibus, quæque libros aliquot manibus tenet: In altero latere pari modo conſiſtit mulier ejusdem magnitudinis: hæc dextra geſtat ſerpentem, capite & cauda in circulum coëuntibus, ſiniſtra vero ſpicas maturas ex hordeo; qua muliere adumbratur Æternitas.

Supra Inſcriptionem ſepulchralem in medio exſtat Calvaria coronata, ſub qua Nummus lapideus ex aurei coloris marmore pul-

cherri-

cherrimo cernitur; hic a duobus tenetur leonibus marmoreis ex ejuſdem generis lapide effictis; atque in illo ipſo Fides ſub fœminæ forma leoni inſidet, quæ dextra calicem, ſiniſtra crucem tenet, cum Cardinalis Symbolo inſcripto: Pro Deo, & Eccleſia: Juxta pendent ex Ophite facta ornamenta; utrinque vero ſedent duo pueri, quorum alter Pileum Cardinalitium, alter Biretum tenet. (Hoc opus a Statuario inſigni *Dominico Guidi* fabrifactum eſt.)

Supra fores Sacelli comparet effigies Cardinalis thoracetenus, ab equite toto orbe celeberrimo *Bernini* expreſſa.

Hæ ſtatuæ ſolæ, ſumma multo majori quam 20000. Imperialium conſtiterunt: de quarum magnitudine & corpulentia ut judicari poſſit, ſingularum pondus adjicio, & ad modulum quidem ponderum Romanorum habet: Sta. *Eliſabetha* 3600. libras: duo Angeli in columnis marmoreis 4350. libras: 3. Angeli in Altari 1700. libras: Cardinalis 3805. libras: Veritas 3956. libr. Conſtantia 4259. libr. duo Leones juxta Nummiſma 1500. libr. duo pueri utrinque ſtantes 1548. libr.

Summa eſt: 26718. Librarum.

Præterea totum opus ab imo ad ſuperiorem projecturam uſque ex cœruleo & candido marmore ordine Corinthiaco eſt exſtructum, ubi paſſim per picturas Vitæ & miracula *St. Eliſabethæ* adumbrantur: Fornix medius vero, & teſtudo, Italis Cupola it. laterna, cœleſtem gloriam omnium Sanctorum repræſentant, quæ a Pictore artificioſiſſimo *Jacobo Scanzy* in recentem calcem depicta fuit. In Sacrario ibidem oſtenditur Scipio ligneus Stæ. Eliſabethæ, quo uſa fuit ipſa; cui Cardinalis bracteas argenteas induci, & quomodo ipſe ab illa deſcendat, & quæ ipſa fuerit, inſcribi curavit: item veſtitus ejus ſacrificus & Cardinalitius.

Secundum, magnis ſumtibus, exſtrui fecit FRANCISCUS LUDOVICUS *Archi-Epiſcopus Trevirenſis, Sacri Rom. Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius & Elector, Generalis Militiæ Hieroſolymitanæ Ordinis B. M. V. Teutonicorum in Pruſſia Adminiſtrator, & Ejusdem per Germaniam, Italiam, parteſque Transmarinas Supremus Magiſter, Epiſcopus Wormatienſis, & Vratislavienſis, Præpoſitus Principi Elvacenſi, Admi-*

Adminiſtrator Prumienſis perpetuus, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Princeps Mörſe, Coadjutor Archi-Epiſcopatus Moguntini, Comes Veldentiæ, Sponheimii, Marchiæ & Ravenſpurgi, Dominus in Ravenſtein, Freudenthal & Eulenberg &c. Magnitudine præcedens Sacellum exſuperat, & a Celeberrimo Architecto Cæſareo *Dn. Lib. Bar. Joh. Bernhardo Fiſchero ab Erlach* deſignatum, ſuperiori anno abſolutum, & die Moſis conſecratum eſt. Opus itidem omnino ex cæruleo marmore Pribornenſi, usque ad projecturam factum, ſex ejusmodi columnis XVI. pedalibus ſine ulla adminicula ſtantibus innititur, quas candide inaurata capitula & pedes exornant, ſimiliter ordine Corinthiaco. Altari impoſita cernitur Arca fœderis cum Sole Juſtitiæ oriente, & omnia illa quidem ex metallo & igne inaurata: hujus ab uno latere eſt *Moſes*, ab altero *Aaron*, ex candido marmore Tirolenſi ab *Ferdinando Brokkoff*, celeberrimo Pragenſium artifice, Viennæ fabricati: e regione vero *Vetus* & *Novum Teſtamentum*, prius quidem per *Moſen* velata facie, baculumque æneo ſerpente circumſtrictum manibus tenentem, poſterius imagine *Chriſti* crucifixi repræſentatum. Supra portas ab eodem artifice, ex eodem marmore, cælatura eminentiori, quatuor Noviſſima, Mors, Judicium, Beatitudo & Damnatio perquam eleganter expreſſa conſpiciuntur: ſupra primam hanc portam, duo ſedent pueri, quorum alter clepſammydium, alter calvariam tenet: ſupra ſecundam puer unus tubam inflat, alter urnam aperit ex diverſicolori marmore Salisburgenſi eoque pulchro factam, cujusmodi ſupra ſingulas portas in medio cernere licet: ſupra tertiam puer unus ſub brachio tenet agnum, alter vero coronam ſtellatam: ſupra quartam puer unus ſimiliter geſtat hircum, alter ingentem librum ſive peccatorum indicem apertum, qui inprimis artificis ingenium concelebrant.

In Teſtudine ſ Cupola, Præcipitatio Luciferi per Archangelum Michaëlem; nec non IV. Evangeliſtæ & IV. Patres Eccleſiæ ſupra nominati infra in fornice ſacelli a præſtantiſſimo pictore *C. J. Carloni* depicti ſunt: Utrinque vero Sacrificium Melchiſedeci & Cœnam Domini pictor Gallicus expreſſit, ſupradicto diverſicolori marmore Salisburgenſi circumdata: Extrinſecus ſupra aditum Sereniſſimi Electoris Inſignia ex marmore inaurato, & e transverſo Serenitatis

ſuæ poteſtas Eccleſiaſtica & Politica, prior Pedo Epiſcopali, poſterior gladio repræſentatur: Infra autem ſacellum cœruleo & candido marmore eſt diſtinctum, commiſſuræ vero metallo eleganter expletæ ſunt.

Diverſorum Epiſcoporum & Canonicorum hujus templi Monumenta etiam ſpectatu ſunt digniſſima: inprimis *Preciſlai de Pogrella*, qui ab An. M. CCC. XLI. usque ad An. M. CCC. LXXVI. Epiſcopus fuit, & cum chorum minorem, ſ. Capellam Manſionariorum, B. Virgini ſacram exſtruxerit, ibidem etiam ſepeliri voluit: Jacet, forma, virilem ſtaturam longius excedente, habitu Epiſcopali indutus, cum libro, quem manu tenet, & cum leone ad pedes decumbente, ex candido eoque pulcherrimo marmore, arteficioſe omnino pro genio illius ſeculi exciſus ſuper tabula marmorea coloris albi badio permixti, cum ſequenti Inſcriptione ex metallo facta: *Anno Domini M. CCC. LXXVI. die menſis Aprilis obiit Reverendiſſ. in Chriſto Pater & Dom. Dom. Preceslaus de Pogrella Epiſcopus hujus Eccleſiæ & Fundator Capellæ, Orate pro eo Deum.* Sub Inſignibus autem legitur: *Precesla de Pogrella Epiſcopus Wratislavienſis temporum ſuorum felicitas.* Juxta *Preciſlaum* in Choro Manſionariorum cineres reconditi *Johannis IV. Roth* dicti, Epiſcopi ab An. M. CCCC. LXXXII. usque ad An. M. D. VI. ubi imago ejus conſpicitur in tabula metallica eleganti erecta, quæ V. ulnas excedit, cum hoc Elogio: *Johannes IV. Epiſcopus Wratislavienſis vera piorum Pontificum imago.* Ad latus Aræ primariæ eodem modo ex metallo fuſæ jacentes cernuntur, ab una parte effigies Epiſcopi *Petri II. Novack* dicti, qui An. M. CCCC. LVI. defunctus eſt, ab altera, Rudolphi, qui An. M. CCCC. LXXXII. & in Choro *Henricus*, qui An. M. CCC. XIX. ibidem ſepultus fuit. In Sacello primo ſeptentrionem verſus jacet Epiſcopus Johannes V. Thurzo dictus, forma ſtaturam virilem exæquante, e ſaxo, & juxta Aram argenteam, quam ipſe, ut ſupra dictum eſt, exſtruxit Epiſcopus *Andreas Jerinus* ex rubro marmore An. M. D.XCVI. exciſus: proxime Sacrarium vero *Sebaſtianus* Epiſcopus *Roſtock* dictus. Præterlapſo anno, honoris cauſa, primo Epiſcopo *Godofredo*, & e regione Epiſcopo *Nankero* pulcherrima Monimenta e marmore nigro Cracovienſi & cæruleo Pribornenſi, lapideisque ſtatuis inauratis erecta ſunt; infra autem

tem

tem cælatura eminentiori a prædicto *Urbansky* in alabaſtro Stolbergenſi, ſub primo (monimento) efformatus cernitur Epiſcopus *Godofredus*, ſiniſtra Dagonem evertens, dextra vero Aram Chriſtianam demonſtrans: ſub altero monumento *Nankerus* repræſentatur, *Johannem* Bohemiæ Regem excommunicans, de cujus rei cauſa dignus eſt, qui evolvatur Dn. Prælatus *Fiebiger* in Sileſiographia Heneliana renovata Part. II. Cap. VIII. pag. 90.

Ex Canonicis ſplendidiſſima & artificioſiſſima Epitaphia habent: *Adamus Weiskopf*, qui Suffraganeus fuit, quapropter etiam ſolenni amictu ornatus cum infula & pedo Epiſcopali ex rubro & candido marmore forma ſupra humanam auguſtiori e regione ſuggeſtus jacet: Et *Balthaſar Liſch ab Hornau*, qui paucis ab hinc annis, quia præcipue fundationibus plurimis optime de hoc templo fuit meritus, pulcherrimum Monumentum ex candido & cœruleo marmore accepit. Alia e vario marmore erecta Epitaphia Canonicorum aliorumque ſunt ſequentia, ut: *Ferdinandi Leopoldi* Heredis Norwegiæ, Ducis Sleswici & Holſatiæ, *Caſp Henr. ab Oberg*, *Caroli Neandri de Petersheidau*, *Franciſci Stanislai Baucke a Roſtock*, *Antonii Eraſmi a Reitlinger*, *Franciſci Engelberti Barbi*, *Abrah. Ignatii Kirchneri de Lilienkirch*, *Johannis a Leuderode*, *Joh. Wenceslai Zierowsky de Zierova*, *Joh. Franciſci Lib. Bar. de Hoffmann*; & denique *Chriſtiani* Hæredis Norwegiæ & Holſatiæ Ducis, qui An. M. DC. XCI. in prœlio Salankemenſi contra Turcas glorioſe occubuit, cujus heroicum cor hic conditum fuit.

II. Templum ad Stam *Crucem* in eadem Inſula. Aſſervatur in Theſauro hic *Radix*, quam Dn. Dr. *Philippus Jacobus Sachs a Lewenheimb* in Ephemeridibus *Naturæ Curioſorum* Decur. I. An. I. Obſervat. CXVI. pag. 269. ita deſcr. *Radicem* hanc An. M. CC. LXXXIIX. „ in Inſula hac inventam fuiſſe, cum *Henricus Probus* Dux Sileſiæ fun-„ damenta quæreret pro exſtruendo Templo *St. Bartholomæo* ſacran-„ do, itaque ob inventam hanc *radicem* permotus Dux iſte, aliud „ Templum ſuperius inferiori huic ſuperædificavit, in honorem Cru-„ cis. Superiorem *radicis* partem ferunt repræſentaſſe *Crucifixum*, ſed „ quod argento hæc pars eſſet circumdata, in direptionibus detrun-„ cata eſt, niſi quod aliqua pedum ſuperſint quaſi veſtigia. Ex me-„

„dia Trunci *radicis* parte ab utroque latere *binæ Icunculæ* exſurgunt, ea „in figura, quam ære delineare curavi, a dextra quidem quaſi ſexus „fœminini cum mammis, a ſiniſtra parte quaſi maſculini, ubi aliquot „parvæ & prætenues radices barbæ ſpeciem exhibent; quales te- „nues Radices in ſuperiore parte in capite quaſi capillorum quorun- „dam ſparſorum figuram, non minus quoque ſimiles aliæ Ciliorum „pilos, aliosque in partibus inferioribus monſtrant. *Inferior trunci „pars* in radicum olim corpus unita, pariter in iſtis deprædationibus „reſecta fuit, nunc mutilam exhibet *Radicem:* ipſa vero tota *Radix* „hinc inde carioſa eſt & a vermibus exeſa, mollis tamen, ut certo vi- „deri poſſit, non lignum eſſe, ſed radicem, illamque cum *Dn. D. Hen- „rico Vollgnadio* Collega Curioſo aliquoties probe perluſtrare conceſ- „ſum fuit. Ruditer quidem omnia figuram exhibent, ita tamen „ut membra ad eum modum, quo delineata ſunt, diſtingvi po- „tuerint.

In Templo ipſo, Septentrionem verſus, in tabula magna cerni- tur pictura vetuſta, modo dictum Templi conditorem, Ducem *Hen- ricum Probum*, exhibens, qui dextra gladium, ſiniſtra clypeum cum Aquila Sileſiaca tenet.

Ante primum Templi aditum in cadena pendet pars oſſis, quod pro giganteo venditatur: Hoc idem *Georgius Antonius Volckmann* in Sileſ. Subterran. Tab. XXV. num. 2. æri inciſum delineavit, & „Parte 1. Cap. V. pag. 146. ita deſcripſit: Dieſen Knochen halte ich „vor ein os femoris, der auf dem Dohm zu Breslau in der Creutz „Kirche gezeiget wird; die länge iſt zwey Schu, weniger ein halben „Zoll, die obere und dicke breite ein halber Schu, die mittlere fünff „und ein halber Zoll, und die unterſte vier und ein halber Zoll, wie- „wol es, wie man an beiden Enden, alwo es abgebrochen oder ab- „gefaulet, noch länger geweſen.

III. Templum *D. Virginis*, quod in Arena Inſula Regularium Ordinis *D. Auguſtini* Canonici inhabitant, Altaribus plane novis eo- dem modo & Organo pnevmatico omnino fere ante paucos annos exornatum eſt, in quibus præſtantiſſimæ Altarium picturæ ſunt il- læ, quæ proxime Aram primariam cernuntur; ut *St. Apollonia*, quo- modo dentes ei forcipe effringuntur, ſupra hanc vero *St. Petrus*, & e

regio-

regione decollatio *St. Barbaræ* cum *Diſma* ſ. dextro latrone ſupra exſtante, a celeberrimo Willmanno depicta.

Ceterum Templi hujus Turris admodum excelſa eſt, præclara arte conſtructa, & triplici ambitu inſtructa.

IV. *D. Jacobi* cœnobium ab *Henrico Pio*, *D. Hedwigis* filio a Tartaris cæſo atque iſtic humato, conſtructum avorum memoria *D. Vincentii* nomen induit: Infra Tabulam Aræ mediam, effigies Ejus in ſaxo cernitur, quomodo Tartari cervicem pedibus calcat. Altaria, Suggeſtus, Podia, Organum pnevmaticum &c. itidem eandem præ ſe ferunt ſtructuram, atque Tabulæ Ararum mediæ, item parietibus affixæ, ferme omnes a *Willmanno* pictæ ſunt, in quibus quæ Chorum proxime tangunt, artificem maxime laudant.

Nunc temporis Prælatus, qui adhuc in vivis eſt, Tit. Pleniſſ. Dn. Dn. *Ferdinandus Comes de Hobberg*, ſacellum exſtrui curat prorſus incomparabile, quod ab *Ignatio Proviſore* Marmorario Viennenſi undique gypſo marmorato obducitur; quis vero, & quibus picturis teſtudinem ſ. Cupolam exornare debeat, de eo nondum eſt conſtitutum.

Ex magnificis Templis Parochialibus in quibus *Evangelicorum* ſacra fiunt, eſt:

I. Templum *D. Eliſabethæ*, ab Henrico III. circa medium Seculi XIII. ædificatum: Juxta ſtat *Turris* præcelſa, cum hiſtoria ruinæ, quæ in templo depicta, & extra hoc in tabula turri affixa cernitur.

Inſignem eadem turris habet *Campanam* An. M. D. XII. fuſam, cujus ambitus eſt XIV. ulnarum Vratislavienſium & inferior craſſitudo ulnæ fere dimidiæ, pondus vero CCXXIV. Centenariorum.

Tabula Aræ primariæ media, Cœnam Domini repræſentans, etiam artificem habuit præſtantiſſimum Willmannum: & in Pila, ſacrario proxima, luſtrari meretur antiquum Epitaphium *Magdalenæ Kromayeriæ* de An. M. D. LXIV. in quo reſurrectio, quemadmodum Ezechielis XXXVII. deſcribitur, perquam belle depicta eſt; quo addendum *Henr. Ribiſchii* J. U. Doct. & Conſ. Cæſ. Monumentum

tum ex rubro & candido marmore, it. *Joh Cratonis de Krafftheim III. Imperatorum Medici* celeberrimi, ex alabaſtro albo, reſurrectionem mortuorum eleganter exprimens.

Tum porro attentionem meretur defuncti haud ita pridem Proto-Camerarii noſtri *Tit. Dn. Georgii a Wolff* Monumentum, quod poſt *ſuggeſtum*, qui totus ex nigro marmore Cracovienſi conſtat, rubris candidisque columnis ex Salisburgenſi marmore exornatum, in ſacello eſt erectum. Hoc ipſum ergo fundamento ex lapidibus, qui tanquam ſaxum nativum fuerunt exciſi, innititur; huic impoſita eſt baſis quadrata ex cœruleo marmore Pribornenſi, in illa vero ingens conſpicitur tabula, e nigro marmore Cracovienſi, cum Inſcriptione. Huic baſi quadratæ innititur ingens Pyramis ex eodem marmore Pribornenſi, cujus apex vero nubibus coruſcis, quibus nomen JEHOVAH inſcriptum, vel Gloria (ut vocant) tegitur. In baſi Pyramidis exſtat effigies thoracetenus ſtatura juſta expreſſum, infra ipſam Inſignia *Wolffiana* eminent, utrumque opus ex candido marmore pulcherrimo ſ. Maſſa Carara factum. Ab uno latere mulier conſiſtit cum alis & flamma in capite, Divinum amorem repræſentans, quæ effigiem una manu ſvaviter amplectitur, oculos ad Gloriam dirigens. Ab altero autem latere paulo ſuperius Angelus comparet, qui cor in ſublime ad Gloriam effert. Infra utrinque duo ſedent pueri, quorum alter prunas ferme extinctas ſufflare conatur, alter vero manu calvariam tenens & ad pedes clepſamydium videns everſum dejectumque plorat. Omnes hæ effigies a ſupradicto Ferdinando Brokkhoffio factæ, univerſum vero opus a ſtatuario urbis noſtræ *Joh Adamo Karingero* erectum eſt. Inventor & Director fuit Architectus Cæſarius haud ita pridem defunctus, *Dn. Lib. Bar. Joh. Bernhardus Fiſcherus ab Erlach.*

II. D. Mar. Magdalenæ Templum variis Cœnotaphiis ex marmore conſpicuum: In his ſingulari quadam forma effulget Monumentum *Arzatianum*, cujus ſtatuæ alias quascunque arte exſuperant. Fabricatori illius nomen fuit *Matthias Rauchmüllerus*, isque e Tirolenſi Comitatu ortus eſt. Continet autem monumentum illud ſequen-

quentia: Sarcophago ex marmore nigro Cracovienſi, quod ambitu ejusdem lapidis depreſſiori circumdatum eſt, inſidet Gloria, palmam dextra, ſiniſtra inſignia tenens *Arzatiana*, cui ſpes Coronam porrigit querneam; Fama vero tenet Inſcriptionem ex ejusmodi nigro marmore, mira arte concinnatam, ſcriptura candida immiſſa. Sarcophago nummus albus marmoreus eſt affixus, vultum Dni ab *Artzat* exprimens, omnia illa quidem ex candido marmore Salisburgenſi, eoque pulcherrimo exciſa. E regione autem in Sacello conſpicitur ab ejusdem artificis manu aliud Epitaphium memoriæ Juvenis generoſi *a Peſtalozy* dedicatum; ſupra exſtat ipſius effigies thoracetenus expreſſa, quam ſuperne puerulus manipulo florum obumbrat, infra autem juxta Nobilitatis Inſignia puerulus alius ſedet plorans, ex ejusmodi candido & cœruleo Salisburgenſi & Pribornenſi marmore.

Suggeſtum inſuper habet eximii operis a *Friderico Groſſio* ſtatuario perito An. M. D. LXXXI. ex alabaſtrite translucenti in Polonia, & marmore viridi ad Zabothum montem eodem auctore primum foſſo, ſculptum, & variis hinc inde imaginibus exornatum. Adhæc in hoc ipſo Templo ſub finem ſuperioris anni abſolutum fuit artificioſiſſimum & dulciſſimum omnino Organum pnevmaticum, poſteaquam *Joh. Rœderus* Berolinenſis tres annos cum quadrante illi conſtruendo impendit. Externa tibiarum diſpoſitio eſt plane ſingularis, cui demum multifaria ornamenta ſculptoria ſæpe laudati Urbansky majorem ſplendorem addiderunt: In medio eminet Gloria (quam vocant) cum vitreo ſole rutilante ſive omnituente Dei oculo, & paulo ſuperius Æternitas. Summum locum occupat ab uno latere Regius Vates Davides cum cithara, ab altero Aſſaphus forma ſupra humanam auguſtiori; aliquanto Inferius utrinque 2. eminent Tympana, quæ a ligneis puerulis arte flexilibus pulſantur, & Clavibus aliquot ſupra Pedale conſtructis calcantur, quemadmodum item per pedale movetur Syſtema quoddam campanularum, ubi campanulæ numero XXVI. a totidem puerulis, qui encarpis ſunt implexi, & una manu campanulam, altera maleolum ex metallo tenent, pulſantur.

Ce-

Ceterum hoc Organon conſtat LIII. argutis ſonorum choris, LXVI. Regulis, III. Clavium ordinibus, Pedali, X. magnis follibus, IV. epiſtomiis, ſtanneis metallicis & ligneis fiſtulis MMM. CCC. XLII. cum in celebratiſſimo Gorlicenſium Organo nonniſi MMM. CC. LXX. tibiæ ſonoræ deprehendantur. Fiſtula maxima in hoc noſtro Organo ſtannea, ſub Clave G. $3\frac{1}{2}$. Centenarios gravitate exequans, $12\frac{1}{4}$. Ulnas longa, & in diametro 14. digitos lata, capit 8. modios vel 12. amphoras, & 64. ſextarios. Fiſtula ſequens, A, circiter 3. centenarios gravitate continens $10\frac{1}{2}$. ulnas longa, in diametro $\frac{1}{2}$. ulnam lata, capit 5. modios, cum quadrante vel 8. amphoras cum 4. ſextariis.

Diſpoſitio Chororum Vocalium eſt ſequens:

In Organo primario XIV. Vocum chori:

I. Regula primaria, extrinſecus conſpicua	XVI. pedes	e ſtanno.
II. Quintitenens	XVI. pedes.	ex metallo, i.e. partim ſtanno partim plumbo.
III. Octava	VIII.	
IV. Tibia Salicet dicta	VIII.	
V. Quintitenens	VIII.	
VI. Tibia lenior	VIII. ped.	e ligno
VII. Octava	IV.	ex metallo.
VIII. Quinta	III.	
XI. Canna	IV.	
X. Super-Octava	II.	
IX. Quinta ſtrepera	duplici ſerie	
XII. Tibia acuta	quadruplici ſerie	
XIII. Miſcella	octuplici ſerie	
XIV. Tuba	VIII. ped.	

In

In ſecundo Clavium ordine ſunt XIII. Vocum Chori.

I. Regula primaria	VIII. pedes.	ex metallo.
II. Cornu Damæ	VIII.	
III. Canna	VIII.	
IV. Octava	IV.	
V. Tibia Salicet dicta	IV.	
VI. Coni	IV.	
VII. Quinta	III.	
VIII. Super-Octava	II.	
IX. Tibia ſylveſtris	II.	
X. Quinta	I. & dimid.	
XI. Cymbalum	ſerie triplici	
XII. Miſcella	ſextuplici	
XIII. Vox humana	VIII. ped.	

In tertio Clavium Ordine XII. Vocum Chori.

I. Regula primaria in conſpectu	VIII. pedes,	ex ſtanno.
II. Viola di Gamba	VIII.	ex metallo.
III. Pileata	VIII.	ex ligno.
IV. Octava	IV.	ex metallo.
V. Tibia lenior	IV.	ex ligno.
VI. Quinta pileata	III.	ex metallo.
VII. Super-Octava	II.	
VIII. Quinta	I. & dimid.	
IX. Sedecima	I.	
X. Seſqui altera	ſerie duplici.	
XI. Cymbalum	ſerie triplici.	
XII. Lituus	VIII. ped. a b usque $\bar{\bar{\bar{C}}}$	

Hæ XII. Vocum Ordines ad Tonum utrumque, tam Chori, quam Cameræ, ut vocant, accommodari poſſunt.

In Pedali XIV. Vocum Chori.

I. Regula primaria in conſpectu poſita,	XXXII.ped.ex ſtanno.		
II. Baſis-Octavæ	XVI.	ex metallo.	
III. Quintitenens	XVI.	ex ligno.	
IV. Pileata maxima	XVI.	ex ligno.	
V. Octava	VIII.	ex metallo.	
VI. Quinta	VI.	ex metallo.	
VII. Super-Octava	IV.	ex metallo.	Toni pro
VIII. Canna	VIII.		Choro &
IX. Cornu vigilium	II.		Camera.
X. Miſcella	decemplici in ſene.		
XI. Buccina	XXXII ped.e ligno.		
XII Fagotto	XVI.		
XIII. Tuba	VIII.		
XIV. Buccina	XVI.		

Huc accedunt

XV. Syſtema Campanularum.

XVI. Tympana.

III. In Templo *St. Barbaræ* exſtat vulgare quidem Epitaphium ligneum, quod memoriæ *Franciſci Hoferi* civis & alutarii Vratislavienſis An. M. D. LVIII. dedicatum; attamen ideo conſideratu dignum, quod vir ille cum barba depictus eſt, totam reliquam ipſius ſtaturam excedente: qui tunc temporis ea fuit celebritate, ut ipſe Imperator CAROLUS V. hunc virum ob prolixam barbam Viennam accerſere non ſit dedignatus, gratioſum ei munus etiam pollicitus, ubi quidem bonus ille vir nil aliud petiit, quam ut, ſe olim defuncto, univerſus *Vratislavienſium Magiſtratus* funus comitaretur. Et prope Januam templi majorem ſitus eſt *Wenceslaus* Dux Saganienſis An. M. CCCC. LXXXVIII. defunctus, cujus Sepulcrum Tabula metallica contectum eſt.

I. In *Curia* Cæſaris, *Burg* dicta, quæ Sigismundi Imperatoris opus (teſte *Henelio* in Breslographia) exiſtimatur, & ubi antea Cameræ Sile-

Sileſiacæ Collegium conſeſſum ſuum & conventum habuit, *Patres Societatis Jeſu*, ex ipſo fundamento magnum & præclarum Templum inde ab An. M. DC. LXXXIX. exſtrui curaverunt; Ara vero primaria longe elegantiſſima, demum hoc anno abſoluta eſt. Inventor illius eſt, Frater *Chriſtophorus Tauſchius*, qui diſcipulus celeberrimi Frat. *Pozzi* fuit, ſicut & Circumciſionem in hoc Altari artificioſe depinxit. Conſtat autem Altare ipſum ex lapidibus lateribusque gypſo marmorato, a ſupra dicto Marmorario *Ign. Proviſore* artificioſe obductum, ita ut colore & politura marmori præſtantiſſimo rubro, flavo, candido, cœruleo &c. longe ſimillimum videatur: Supremæ ſtatuæ albæ ex gypſo, calce & carbonibus perquam belle fabricatæ, repræſentant Cœleſtium Gloriam cum Angelis; imæ vero majores lapideæ a dextris Fidem, quomodo colitur, a ſiniſtris vero Incredulitatem, quomodo in infernum detruditur. Cum igitur hoc Templum nomini JESU ſit conſecratum, idcirco ſuperne hæc ſcriptura exſtat, literis metallicis & igne inauratis: *In nomine JESU flectatur omne genu:* ſupra *Cœleſtium;* prope Fidem, *Terreſtrium;* & prope Incredulitatem, *Inferorum.* In toto vero templo non niſi Acta & Facta JESU, item *Patrum Jeſuitarum*, a Celeberrimo pictore *Joh. Michaele Rottmayero a Roſenbrunn* JOSEPHI I. Imperatoris Pictore domeſtico undique in recenti albario depicta fuerunt, quem laborem An. M. DCC. VI. abſolvit. Supra in fornice, proxime Aram primariam depictum eſt nomen JEHOVAH cum fidelibus Veteris Teſtamenti, in illo JESUM adorantibus: In majori circulo, & quidem intermedio, Principes & Domini omnium IV. mundi partium, populique comparent, quibus nomen JESU eſt communicatum, quamobrem in medio, *St. Franciſci Xaverii* celeberrimi Miſſionarii e *Soc. Jeſu* ad gentes præcipue, ſicut & aliorum, e. gr. *St. Ignatii Lojolæ* & præcipuorum Fundatorum Sacri cujuscunque Ordinis, quorum opera nomen JESU propagatum fuit, inprimis *S. S. Apoſtolorum* Facta expreſſa ſunt; In medio autem Nomen I. H. S. cum *Matre Virgine*, *St. Joſepho* & *Johanne Baptiſta*, & Archangelis *St. Michaële* & *Raphaële* &c. inſcriptum eſt. In circulo poſtremo cœleſtis apparet Gloria omnium Beatorum cum Inſcriptione adpoſita, ad

primum: *A Solis Ortu:* ad poſtremum: *Usque ad Occaſum:* conjunctim in Medio: *A Solis Ortu usque ad Occaſum laudabile Nomen Domini.*

Supra in Choris conſpiciuntur fata præcipua quæ JESU in carne acciderunt: ſcilicet *Jeſus* Gaudium Angelorum, quomodo ab Angelis puer colitur: *Jeſus* pauperrimus, in Nativitate in ſtabulo: *Jeſus* Lumen Confeſſorum, in templo in ulnis *Simeonis*: *Jeſus* Sapientia æterna, ibidem exacta XII. annorum ætate in medio Doctorum: *Jeſus* filius *Dei* vivus, in Baptismo per *Johannem*: *Jeſus* ſplendidior ſole, in Glorificatione: *Jeſus* mitiſſimus, in ingreſſu ad Paſſionem: *Jeſus* exemplar virtutum, in pedilavio: *Jeſus* patientiſſimus, in flagellatione: *Jeſus* obedientiſſimus, in crucifixione: *Jeſus* glorioſiſſimus, in reſurrectione: *Jeſus* mediator *Dei* & hominum, in aſcenſione: *Jeſus* fortitudo Martyrum, in lapidatione *Sti Stephani*: *Jeſus* ſponſus virginum, inter V. virgines prudentes; & denique e transverſo majoris feneſtræ, *Jeſus* emtores & venditores, una cum vendentibus columbas flagello e templo ejiciens: Infra proxime Aram primariam, quia ibi Sacra Communio celebratur, *St. Johannes* Baptiſta Chriſtum Agnum Dei demonſtrans cum ſubſcriptione: *Ecce qui tollit peccatum mundi,* Joh. I, 29. & e regione *Jeſus* cum Centurione Capernaitico, & ſubſcript. *Domine non ſum dignus,* Matth. VIII, 8. effigiatus cernitur.

In Sacellis vero fata & miracula Sanctorum, quibus conſecrata illa ſunt, ſimul in tabulis Altarium mediis depicta conſpiciuntur: ut in primo, *St. Ignatii Lojolæ* Fundatoris hujus Ordinis: e regione *St. Franciſci Xaverii:* in tertio, *St. Mariæ Virginis:* in quarto, *St. Joſephi:* in quinto, *St. Annæ:* in ſexto, *St. Michaelis* Archangeli: in ſeptimo, *St. Franciſci Borgiæ:* in octavo, *St. Hedwigis:* in nono, *St. Judæ Taddæi:* in decimo, *St. Sebaſtiani:* in undecimo, *Purgatorium.*

Infra Organum pnevmaticum tres comparent picturæ, Adorationem JESU in Cœlis, Phil. II, 10. in Terra, Actor. IV, 12. & ſub Terra, Marc. XVI, 17. exhibentes: In aditu vero *Petrus* Claves regni cœlorum a JESU accipiens, & e regione *Paulus*, claudum hominem Liſtræ ſanans, Actor. XIV, 8. 9. 10. Superne autem *Jeſus* cum Samaritide attactu fimbriæ veſtimenti ejus ſanatæ conſpicitur. Neque

que hoc loco prætereundum eſt ſilentio, quod in media fere fornicis ſummitate, *Rottmayerus* ſe ipſe perfecta ſimilitudine, in hujus vero rei ſignum infra ſe canem ſuum per loricam tranſilientem depinxerit.

II. Templum *Albertinum* a *Laurentio* Epiſcopo *Vratislavienſi* An. M. CC. XXIII. fundatum, *Dominicani* inhabitant, ibi *Ceslao* precibus & lacrymis Dei miſericordiam implorante, Tartaros ab arcis Vratislavienſis obſidione, flammis de cœlo delapſis, repulſos, Polonicarum rerum Scriptores tradunt: Paucis ab hinc annis hujus B. Ceslai honoribus Sacellum pulcherrimum cum teſtudine & laterna hi Patres exſtrui curaverunt, quod in recenti albario pictum, ad projectum vero usque ex pulcherrimo marmore Wederizenſi maculis nigris candidisque perſperſo, haud longe a Zabotho monte effoſſo, erectum eſt. In Altari ex eodem marmore, in albo Sarcophago ex Alabaſtrite Stollbergenſi facto, oſſa ejus quieſcunt. Et e transverſo duæ Tabulæ majores erigentur, in quarum altera hic *Prior* puerum Tartaricum baptizat; in altera vero puerum Tartaricum reſuſcitat; a Celeberrimo Antwerpienſium, nunc vero hic loci degente Pictore *Joh. Franciſco de Backer* confectæ.

III. Templum *D. Dorotheæ Caroli IV.* Imperatoris ſumtibus conditum; ubi inter reliquas picturas ſatis bellas præſtantiſſima eſt ea, quæ *St. Wenceslaum* refert a Willmanni manu profecta. Et quæ

IV. in Templo *Commendatariæ Corporis Chriſti* viſuntur.

Porro V. apud *Fratres Miſericordiæ* ſive in Templo S.S. Trinitati conſecrato, in ſuburbio Olavienſi Steinel Viennenſis Aram admodum elegantem invenit, Thom. vero Weiſsfeld ſtatuarius hic loci fabricavit, Tabulamque illius mediam Celeberrimus Pictor Viennenſis Schmied picturis illuſtravit.

In cœnobiis Virginum *ad St. Claram* vetuſta effigies, *Annam Henrici Pii* Uxorem *Ottocari* Bohemiæ Regis filiam repræſentans, quæ An. M. CC. LXXV. *Henricus* vero VI. ultimus Vratislavienſium Dux An. M. CCC. XXXV. eo ſepultus fuit, in effigie lapidea Dux gladium dextra, ſiniſtra vero clypeum cum aquila Sileſiaca tenet, atque etiam aliæ ſatis elegantes picturæ minime ſunt omittendæ.

Imprimis autem apud Virgines ad *St. Urſulam* IV. majores ef-

figies

figies perquam egregiæ memoratu digniſſimæ ſunt, ut: *St. Xaverius* orans, & *St. Urſula a Willmanno*, *SS. Trinitas* vero, & *Crucifixio Chriſti a Rottmayero* depictæ: Et tum deinde in omnibus Templis etiam extra illos imago *St. Nepomuceni*, ex quibus in templo Cathedrali *St. Johannis* una ex marmore, ad *St. Matthiam* vero altera, ex ſaxo arenario a ſæpe laudato Urbanskio hic loci per quam belle fabricata eſt: ut alia Artis Opera ſpectatu digniſſima, quæ in reliquis illisque plurimis templis notari poterant, nec non Cœnobia magno artificio & ſumtu exſtructa, e. gr. *in Inſula Arena*, ad *St. Vincentium*, ad *St. Matthiam* item *Minoritarum* ſicco pede prætereamus.

In Ædificiis publicis meritiſſimo jure, primo loco laudanda mihi *Curia*, memorandumque eſt, in Ærario vitreum urceolum & vitrum antiqui operis elegantiſſimi, quæ uſibus *St. Hedwigis* quotidie inſerviiſſe dicuntur; & porro filii ipſius Ducis *Henrici Pii* gladium & cingulum ſingulari forma, aſſervari.

Multo plura jam dicenda ſunt de præclariſſima *Bibliotheca Eliſebethana*, quæ prope Templum ejusdem nominis in priſtino Auditorio Theologico eſt recondita. Orta vero illa eſt An. M. D.LXXVI. ex Legato lautiſſimo Tit. *Dn. Thomæ a Rehdiger & Sliſa:* ſiquidem is in peregrinatione ſua XV. annis per *Galliam*, *Belgium*, *Angliam*, *Germaniam*, *Helvetiam*, & *Italiam* inſtituta, non modo libros pretioſiſſimos & MSta rariſſima, ſed etiam nummos antiquos & pictas tabulas prorſus incomparabiles conquiſivit, inque coëmendis 17000. Ducatorum longe majorem impendit; Atque etiam An. M. DC. LXXXIX. inſigni acceſſione librorum & aliquot MStorum illam ipſam Bibliothecam adauxit *Tit. Dn. Albertus a Sebiſch*, Cohortis rubræ apud nos Capitaneus, eidemque apparatum Conchyliorum non contemnendum, & peculiarem veterum figurarum æneearum & rariorum quidem collectionem, copia tanta, quanta non facile alibi occurrerit, adjunxit: quæ omnia Celeberrimus hoc tempore Rector ejusdem Gymnaſii & Bibliothecæ illius Præfectus nec non Inſpector Scholarum Vratislavienſium *Dn. Gottlob Krantzius* in Dramate publico pertractavit, & deinceps edidit, ſub Tit. ſeqq. Memorabilia Bibliothecæ Eliſabethanæ Vratislavienſis (Vratislav. An. 1699. in 4to public.) Cum vero poſt ſcripti hujus publicationem multa ſingu-

ſingulariter curioſa Illuſtris *Dn. Joh. Sigismundus ab Haunold & Rhumberg*, S. Cæſ. Maj. Conſiliarius & Reipublicæ Vratiſlavienſis Præſes, it. Generoſus *Dn. Georgius Mauritius ab Hoffmannswaldau* Capitanei olim locum tenens apud Cohortem rubram hujus loci, Muſeum Conchyliorum perluſtratione dignum huic Bibliothecæ legaverit: A *Dn. Vincentio* vero *Amſtelodamo* apparatus quidam Conchyliorum eleganter politorum, una cum curioſis Inſectis exoticis, amicis quibusdam ſumtum ſuppeditantibus, emtionis lege acceſſerit: ex Scripto paulo ante laudato huc pertinentia breviter excerpere & quibus poſtea rebus hæc Bibliotheca ſit locupletata, paucis adjicere volui:

Præcipue autem æſtimanda ingens Tabularum lignearum copia, quibus Heroum, Fœminarumque illuſtrium capita, ante ſeſquiſeculum fere depicta, ſiſtuntur, tanta vultuum & linearum concinnitate, tanta colorum conſtantia, ut vix unius anni ætatem præ ſe ferre videantur. Maxime vero dolendum ignota eſſe artificis nomina, & quamvis plurima ab una eademque manu profecta videantur, attamen nec ſedula inquiſitione adhibita, quicquam monumenti reperire potui, ex quo pictoris, celebre ſine dubio nomen colligere licuiſſet. Non tamen dubito, Antverpienſi alicui hæc ornamenta deberi, cum facies Principum eo tempore in Belgio verſantium vel maxime ad vivum expreſſæ videantur.

Præcipue videnda hic Auſtriacæ magnitudinis decora: ut *Maximilianus* I. Imperat; *Philippus*, primus ex Auſtriacis Hiſpaniæ Rex; *Carolus V.* Imper. Max; *Philippus II.* Hiſpaniæ Monarcha; item hujus filius *Carolus* præmaturo & infelici exitu peremptus; *Maximilianus II.* Imperator. Ex Galliæ Regibus *Franciſcus I. Henricus II.* & *Carolus IX.* Sequuntur Heroum Icones, qui belli Belgici turbis immixti, ſive Hiſpanicæ dominationis ſeu Belgicæ libertatis augmenta forti manu propugnavere, ut: *Ferdinandus Toletanus, Dux Albanus, Antonius Perenottus* Cardinalis, *Johannes a Cerda, Dux Medina Cœli; Emanuel Philibertus* Sabaudus & *Ericus* junior Dux Brunſvicenſis, contra Gallos, ad Quintini Fanum ſtrenui defenſores.

Apparent porro primæ libertatis Belgicæ victimæ, ipſis etiam hoſtibus laudati Heroes, ut; *Lamoralius Comes de Egmont*, & *Philippus*

Mome-

Momorantius Hornæ Comes, & qui horum ſanguinem armorum felicitate vindicavit, *Guilielmus Naſſovius*, Princeps Arauſionenſis. Sequuntur *Philippus Crojus*, Dux Areſchotanus, diu Regis, poſtea Confœderatorum amicus; *Johannes Glimæus*, Marchio Bergenſis, præcipuus Granvellani hoſtis; *Maximilianus Henninius, Boſſuvii Comes*, poſt navale prœlium & corpore & animo a confœderatis captus; *Antonius Lalinius, Comes Hochſtratenſis*, ex Albani manibus fuga elapſus; *Carolus Brimæus, Comes Meganus* Regiæ parti addictiſſimus; & *Henricus Brederodius*, Dux conjurationis in Albanum.

Ex Belgio in Galliam me vocat Herorum ſeries; Siſtuntur trium fratrum celeberrimorum paria, *Antonius Borbonius* & *Ludovicus Condæus* Reformatorum per Galliam capita, hisque conſilio & auxilio juncti *Caſpar & Adelottus, Colinii*, ille Franciæ Admiralis, hic univerſo peditatui præfectus. Hoſtes horum infenſiſſimi adduntur, fratres *Franciscus Guiſius* & *Claudius Aumalius*, ille in Aurelianenſi, hic Rupellenſi obſidione globis trajecti; nec omiſſus *Johannes Poltrotus*, Franciſci Guiſii interfector, in ipſa imagine crudelitatem ſpirans; & ut in vita aulicorum cœtibus, ſic hic Heroum vultibus ſe immiſcuit prudentis ſtultitiæ Conſultus *Clemens Marottus*.

Spectare quoque licet *Carolum Audacem* Burgundum, *Johannem Fridericum* Saxoniæ Electorem in Smalcaldico bello infelicem, item *Erasmum Roderodamum*; Omitto Pontificum quorundam & Cardinalium eadem manu & artificio paratas effigies; taceo *Rhedigerorum Nicolai & Thomæ, Lutheri, Melanchthonis, Calvini*, & Theologorum Vratislavienſium quorundam monimenta, item prolixam illuſtrium fœminarum ſeriem, & venuſtate facierum, & cultus elegantia oculos oblectans;

Videndæ quoque picturæ non paucæ, membranaceis codicibus inſertæ, quæ trium, vel etiam quatuor ſeculorum ætatem referunt, & in iis ſi non exactam delineandi perfectionem, facierum tamen ſvavitatem, & colorum accurate tritorum, & commixtorum conſtantiam præ ſe ferunt: Præcipue mentem afficiunt IV. majoris formæ codices, mira picturarum copioſiſſimarum ſubtilitate referti, quarum exacta contemplatio aliquot dierum conſiderationem poſcit.

Con-

Continent hi Codices *Johannis Froiſſardi*, Canonici Chimacenſis, Hiſtoriam ſui temporis, qua non modo res, ab an. 1326. per LXXIII. annos in orbe geſtæ fideliter exprimuntur, ſed & Arcium & Ædificiorum ſtatus, ritus publici, veſtes, aliaque ſtatum Seculi XIV. illuſtrantia picturis artificioſis ante oculos ponuntur. Altius quidem aſcendiſſe in Catagraphis & umbræ luminisque obſervatione ſeculum noſtrum non repugno; ſed qui in imaginibus hiſce ædificiorum accuratisſimam delineationem, ſylvarum & montium ſvavisſimos tractus, aëris, nubiumque jucunda ſpectacula, operoſisſimas prœliorum mixturas, & in his omnibus linearum ductus, exactamque ſubtilitatem examinabit, facile fatebitur, Artificem hunc ſi vel hoc ſolum totius vitæ opus eſſet, perpetuam hoc uno nominis celebritatem meruiſſe.

Aliquam conſiderationem etiam meretur Codex membranaceus Bibliorum, formæ maximæ, ubi mater virgo *Jeſulum* recensnatum ſiniſtra, cruci affixum vero dextra tenet.

Cum admiratione videnda exigua Dominicæ pasſionis delineatio, quæ ſpatio vix oboli magnitudinem excedit, quod tamen CHRISTUM inter duos latrones crucifixum, adſtantes *Johannem* & *Mariam*, militum tam equeſtrium quam pedeſtrium, aliorumque hominum haud exiguam copiam, aream vacuam ſatis amplam, urbem Hieroſolymorum in dextra latere appictam, eaque omnia, diſtincte videnda exhibet.

Demonſtratur hic quoque CHRISTUS ſub hortulani ſpecie Mariæ Magdalenæ apparens, item IV. *Evangeliſtæ* ſcite elaboratæ picturæ; præc. Capita *Sti Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, ex filis ſericeis artificioſe acu picta, ex donatione *Johannæ Suſannæ de Obl* & *Adlerscron*, natæ *de Ridel* & *Lewenſtern*. Ars pyroboliſtica integra, volumine ingenti, magna figurarum affabre elaboratarum copia expreſſa.

Effigies CHRISTI & *Mariæ* vitro artificioſe appictæ, it. ſpecimina picturæ Rusſicæ & Helena Antonia Leodienſis puella barbata.

Volumen florum iconibus plenum, quorum plurimæ ſpecies ad vivum delineatæ, tam colorum ſvavitate, quam artis perfectione ſe ſpectatorum oculis ſatis commendant.

Digitized by Google

Figurarum in æs inciſarum plusquam 20000. inveniuntur 104. voluminibus comprehenſæ: ubi vix quisquam artificum ſeu antiquorum ſeu recentiorum, cujus hic opera non inveniantur quædam. Vix aliquid *Alberti Düreri* artificioſa manus, ſive ligno, ſeu æri incidit, quod hic non appareat; nec deſunt *Martini Schœnii*, primi omnium Chalcographi labores; item figuræ ligno inſculptæ *Joh. Scheifſelini*, exactisſimi imitatoris Düreri; Sculpturæ *Lucæ Leydenſis*, *Alberti Aldegrafii*, *Bartholomæi & Johannis Sebaldi Böhmiorum*, *Alberti Altörferi*, *Georgii Penſii*, *Jacobi Binkii* & *Virgilii Solis* &c. Imo nec *Jacobi Broshameri* opera deſunt, quæ maximus Chalcographorum indagator, *Joachimus a Sandrart*, ſe non vidiſſe conqueritur. Serpens alatus, qui *Lucæ Cranachii* nomen indicat, item aliorum ſigna & monogrammata, inter hæc Cimelia ſæpe occurrentia. Imo etiam nomina pictorum Italorum, ut: *Raphaelis Urbinatis*, *Antonii Corregienſis*, *Mich. Angeli Bonarottæ*, *Titiani Uccelli*, *Jacobi Tinctoretti*, *Frid. Barotii*, Urbinatis, *Pauli Caliarii*, Veronenſis, *Jacobi Palmæ*, Veneti, *Jacobi de Ponte Basſano*, *Joſephi Arpinenſis*, *Pauli Farinati*, *Annibal Caraccii &c.* Adſunt & celebria ſeculi noſtri quædam decora, *Guido Renus* Bononienſis, *Petrus Teſta*, infelici exitu & arte ſua indigno, Tiberi ſubmerſus, *Petr. Beretinus*, Cortonenſis, *Franciſcus Albanus*, Bononienſis aliique, quorum opera æri inſculpta curioſum ſpectatorem mirum quantum afficiunt.

Nec eſt quod Sculptorum Italorum artificia deſideres, cum *Marci Antonii*, Imitatoris Düreri non infelicis, *Julii Bonaſonii*, cæli & artis ſvavitate celebris, *Æneæ Vici*, Parmenſis eruditione clari, *Julii Fontanæ*, Veronenſis, *Philippi Thomaſini*, *Julii Sanutæ*, *Petri Sanctii Bartholi*, *Ferdinandi Bertelii*, *Joh. Jac. de Rubeis*, *Caroli Caſii*, *Stephani de la Bella* aliorumque non paucorum opera copioſe ſatis appareant.

Ex pictoribus Gallicis, *Theodori Bernardi*, *Caroli Brunii*, *Nicolai Pitonii*, *Johannis Coſſierii*, *Samuelis Bordoni*, *Nicolai Puſſinii*, *Iſraelis Sylveſtris*, aliorumque multorum opera ſe perfectæ delineationis artificio commendant. Ex Sculptorum operibus, *Nicolai Perellii*, *Cornelii Galli*, *Job. Morini* & aliorum Campi Sylvæque admiranda ſvavitate inſignes, *Gerb. Laireſſii*, *Job. Potrii* & *Gregorii Hureti* Sacræ Profanæque hiſtoriæ artis perfectione mirabiles, *Jacobi Callotti*, *Abrahami Boſſii*, & alio-

aliorum abſoluta eroſionis ſpecimina; *Franciſci & Nicolai Poilliorum, Nicolai Bonartii*, multorumque aliorum perjucundæ imagines ſpectatorum oculos alliciunt.

Belgicorum artificum non exiguus eſt numerus: Antwerpia ſola provocare reliquum Orbem valet, cujus artificies hic ingenti numero in operibus ſuis ſe ſpectandos præbent. *Petri Pauli Rubenii* miranda ſpecimina hic aliquot volumina complent. *Antonii de Dyk, Martini de Vos, Bartholomæi Sprangeri, Gerhardi Segeri, Jacobi Jordani, Jacobi de Gheyn, Eraſmi Quellini, Ægidii Coninxloo &c.* Hic *Pauli Brillii* & *Jacobi Foquierii* camporum ſylvarumque jucunditas, hic *Adriani Broweri* & *Petri Breugelii*, inter ruſticos nati actiones ruſticorum mira arte expreſſæ, hic *Davidis Terierii* induſtria collecta variorum artificum Specimina apparent. Sic *Huberti Golzii* eruditisſimi pictoris & ſculptoris ubertas, *Rolandi Saverii* jucunditas naturæ penicillo expreſſa, *Pauli Morcelſenii* facierum perfectio, *Petri de Laer* maximæ artis minutiæ, *Davidis Vinckbomii* delineationum elegantia, *Abrahami Diepenbeckii* ſedulitas, *Abrahami Blœmart* florigisſima artificia aliaque plurima admirationem merentur. Sola *Rembrandi de Rhyn* opera contra artis fere regulas mira perfectionis laude digna, aliquot horarum contemplationem poſcere videntur.

Nicolai Bruynii ſumma in arboribus montibusque exprimendis ſuavitas, linearumque ſubtilitas; *Jacobi Matham* & *Joh. Sanredam*, in affectibus exprimendis felicitas, *Pauli Pontii, Michael. Natalis, Lucæ Vorſtermanni, Petri de Jode, Henrici Hondii, Joh. Sommeri, Bolſwertiorum*, multorumque aliorum opera laudatiſſima, hic curioſiſſimo cuique ſatisfaciunt. Quid *Cornelius Blœmart*, & *Antonius Waterloo*, in camporum ædificiorumque delineatione, quid *Nicolaus* & *Cornelius Viſcheri*, quid *Fridericus Wittius*, aliique variarum rerum deſignatione præſtiterint, optime videndum. Afficiunt præcipue ſpecimina artis jucundiſſimæ, quæ inverſo umbrarum ordine nigro fundamento candidas imagines imponit, curioſorum oculos, quæ hic *Guil. Vaillantii, Blotelingii, Petri Schenckii*, aliorumque artificioſa manu facta, copioſe ſatis exhibentur.

Lucent hic copia minime contemnenda artis noſtræ ex Germanis lumina; ex quibus præter ſupra laudatos, *Dürerum, Cranachium*,

um,

um, alioſque hic *Joh. Holbeinium*, *Johannem Aqviſgranenſem*, *Criſpinum Paſſaum*, cum *Magdalena*, filia multoſque alios in operibus ſuis vivere deprehendi; Idem de *Joh. Feldii*, *Adami Elsheimeri* & *Joh. Henrici Schœnfeldii* artificioſis inventis dicendum, quæ æque ac *Joſephi Heinzii*, *Chriſtophori Schwartzii*, & præ cæteris, *Joachimia Sandrart* opera hic copioſe videnda: Adde *Ægidii* & *Raphaëlis Sadlerorum Bartholomæi* & *Lucæ Kilianorum*, *Georgii Andr. Wolffgangi*, *Melchioris Kuſelii*, *Jeremiæ Valckii*, multorumque Germanorum Sculpturas, omnibus numeris abſolutas. Solus *Wencesl. Hollar*, Bohemus æris per aquam fortem eroſione, cujus copioſa ſpecimina hic apparent, omnes alienigenas longo intervallo poſt ſe reliquit.

Ad Plaſticen quæ ſpectant, inter Cimelia Bibliothecæ multa & eximia artis hujus ſpecimina inveniuntur: Adſunt Thecæ XX. e corio ductibus aureis exornato, quæ imagines e cera fictas vultuum ſimilitudinem ſumma ſuavitate referentes in ſe continent, quarum plurimæ ad aulam Gallicam ſuperioris ſeculi ſpectant, ut *Henricus II.* Rex, cum fratre *Carolo Aurelianenſi*, & quatuor filiis *Franciſco II. Carolo IX. Henrico III.* & *Franciſco Alenzonio*; it. *Catharina Medicea* quatuor filiorum jam citatorum mater, *Maria Albretana* Navarræ & *Maria* Scotiæ Regina: Videntur & Cardinalium *Borbonii*, *Lotharingi*, *Oliverii* & *Senonenſis*, item *Franciſci Guiſii*, ipſius etiam *Clementis Marotti*, & aliorum vultus. Imo & hac arte efficta quædam Theologorum Evangelicorum facies, *Martini Lutheri*, *Philippi Melanchthonis* & præcipue *Luc. Pollionis*. Item 317. ſigna numerantur e plumbo, tantam ſymmetriæ artisque perfectionem præ ſe ferentia, ut vix eorum aſpectu curioſi ſaturari queant; Inter 47. Heroum ſimulacra eminent, *Caroli V.* Cæſ. *Philippi II.* Hiſpani, *Caroli* filii, *Ferdinandi I.* & *Maximiliani II.* Imperatorum; *Sigismundi Auguſti* Poloniarum & *Erici* Svec. Regum effigies. *Emanuelis Philiberti*, Sabaudi, *Alexandri*, *Franciſci*, & *Coſmi II.* Mediceorum, *Octavii*, Parmenſis, *Alphonſi*, Ferrarienſis; præcipue Turcorum flagella, *Johannes de Valette*, Maltenſium Magiſter, & *Andreas Toria* Genuenſium reſtitutor, hic ſeſe ſpectandos præbent: Item 72. fœminarum illuſtrium Icones, Paparum, Cardinalium, aliorumque virorum, literis aut virtute illuſtrium 59. capita. Præcipue autem eminet genuinæ antiquitatis opus ſive Caput *Livii* ex ære fuſum.

Guſta-

Guſtaphus Adolphus ex oſſe ſepiæ. Ciſtula a Georgio Duce Bregenſi ex ebore tornata.

SALVATORIS e cruce pendentis, altera ex ebore, altera e ſuccino effigies, affabre elaboratæ; infans e corallio ſculptus, copioſæ metallifoſſorum imagines; lignum exiguum, ſubtiliſſima ſculptura multas Icones ſacras cum crucifixi effigie repræſentans.

Tabulæ æneæ XXVII. a Phil. Kiliano ſculptæ, in quibus Præſes, & Senatores urbis hujus inclytæ.

Summus inter curioſa hujus Bibliothecæ locus monetis tribuendus, ſiquidem quatuor fere millia hic cuſtodiuntur.

EX GRÆCIS: *Philippus*, aliquoties in auro & argento, *Alexander* in argento & ære, *Ptolomæus* in auro, *Lyſimachus* in auro & ære, *Arſinoe* uxor in ære, *Demetrius* itidem in ære deprehenditur. Nec ævi Alexandrini literis decus *Ariſtoteles* deeſt, ære expreſſus; Conſervatur & in ære *Artemiſia* cum Mauſoleo affabre, licet recentiori ævo elaborata; imo & *Mithridates* cum cervo, Regum Ponticorum ſymbolo in argento & ære hic invenitur.

Præter alios *Athenienſium* nummos noctua notatos, etiam Heroum Athenienſium, *Themiſtoclis* & *Thraſybuli* monumenta exſtant: Videndi hic ſunt *Epheſiorum*, *Theſſalonicenſium*, *Phocenſium*, *Ætolorum* (quibus forſan & *Timarchi* memoria accenſenda) *Heracleenſium*, *Dyrrhachiorum*, *Apolloniatarum*, *Neapolitanorum*, *Thaſiorum*, & e magna Græcia *Thuriorum*, *Syracuſanorum*, *Velienſium*, & aliorum nummi, varia antiquorum *Symbolorum* nobilitate conſpicui.

Nummorum Romanorum CONSULARIUM XCIV. familiæ ex argento & numero CCCCXXII. cuſtodiuntur.

In nummis *Æmiliæ* familiæ multa curioſa videntur. Rex Arabum *Aretas* e Camelo deſcendens in genua provolutus, & ramum Olivæ porrigens, pacis deſideratæ ſignum, addito ſupra nomine *M. Æmil. Scauri.* Ad eandem familiam ſpectat, *Pauli Æmilii* nummus, Trophæum cum adſtante Paulo filiisque & voce TER. exhibens, it. *P. Lepidi* Triumviri nummus, qui in averſa parte Puteal *Scribonii* Libonis oſtendit. *Aquiliæ* familiæ nummus memorabilis, in quo *M. Aquilius* armatus Siciliam ſervorum tumultu rebellem in terram proſternit. In nummis *Cariſii* Dea Moneta & inſtrumenta monetaria

antiquitatem oſtentant; imo & Sphynx in ejusdem nummo alio expreſſa, contemplationem meretur. Sic in *Caſſii Longini* nummo judex calculum in urnam immittens; Virgo Veſtalis in nummo *C. Clodii* ſedens, Caſtor & Pollux in *Rufi* Triumviri nummo, Martis ultoris templum in nummo *L. Cinnæ* aliaque plurima ſatis curioſa videntur.

Ad urbis Romanæ faciem declarandam ſpectat *C. Conſidii Noniani* nummus, in quo Veneris Erycinæ templum ad portam Collinam in colle elatiori poſitum, cum muri Romani parte, & ipſa porta Collina, eleganti artificio exhibetur. In *M. Cordii Rufi* nummo, Cupido alatus natanti Delphino inſidens, eumque fræno regens; Vix aliquis ſculpturæ artificio commendabilior eſt nummo *Q. Fabii Maximi*, cujus calvi ſenis caput in averſa V. faſces, in memoriam Tarenti receptæ poſiti ſpectari merentur. Sic & libertatis caput in familiæ Juniæ nummo, & in averſa *L. Jun. Brutus* cum III. ſociis ad Reges urbe pellendos properans. In *L. Hoſtilii* nummo Dianæ Epheſiæ ſimulacrum elegantiſſimum; Cancelli Comitiorum, cum ſuffragiorum ciſta in nummo *P. Nervæ;* Ulyſſes pileatus cum cane Homerico, a quo agnitus dicitur, ad *Mamiliæ* gentis originem indicandam, nummo impeſſus; Ceres ſedens cum annotato Cerealium ludorum initio, a *C Memmio* facto; faſces in *C. Carbonis* elegantiſſimo nummo optime expreſſi; Romulus & Remus a lupa nutriti ſub ficu ruminali, cui picus Martius inſidet, & Fauſtulus Paſtor adſtat, in *S. Pompeji* nummo.

Aquæ Martiæ aquæductus cum *Anci Martii* effigie in *Philippi Martii* nummo, & Jugum boum Coloniam forte Eporedianam a *C. Mario* juniore deductam indicans, imo & Cancelli Comitiorum in foro Romano, cum Veneris cloacinæ memoria, & viris ſaffragia in urnam conjicientibus, in quodam *Muſſidii Longi* nummo.

C. Marii torva facies & Trophæum de Cimbrica victoria erectum; *Bacchius Judæus* Arabiæ Regulus ad Cameli pedes genibus flexis olivam porrigens. Sacra Romana a Numa Pompilio inſtituta egregie nummus *L. Pomponii Molonis* exprimit, ubi vir capram ad Junonis aram, cui augur lituum tenens adſtat, adducit, Numæ nomine ſubſcripto; Varia ſacra ludorum ſecularium *A. Poſthumii* nummi exprimunt; Bacchi Sacra in *Caji Vibii* nummo optime delineantur, ubi tigris pedibus anterioribus aram conſcendit, cui larva & Thyrſus adjacent;

jacent; Mater Deum Cybele leonibus vecta in *M. Volteji* nummo, Aruſpex ceremoniali ſcientia lupæ, Romuli & Remi nutrici, aſſidens, duasque aves advolantes obſervans, in incertæ familiæ nummo.

IMPERATORVM quoque ex auro, argento & ære non exiguus eſt numerus; qui ab ipſo *Julio Cæſare* coeptus, per IV. ſecula extenditur, & paulo poſt *Theodoſium M.* deſinit, paucis quibusdam ultra IV. Seculum additis: Non ſeriem recenſere placet, hoc tantum cito, paucos ex Imperatorum ordine deeſſe, imo & rariores *Othonis* nummos in argento & ære, Tyrannorum etiam tertii Seculi, *Poſthumorum, Tetricorum*, Victorini, Carauſii numiſmata. Sic & *Auguſtarum* in nummis exiſtentium paucæ deſunt, quarum plurimas rarioribus annumerare curioſi ſolent.

Antiqua Gentilium Religio fere tota e nummis explicari poteſt: *Jovis* tot hic ſimulacra proſtant, ut vix plura deſiderare poſſes. *Jupiter Conſervator*, in Domitiani, Alexandri Severi & Gordiani, *Jupiter Cuſtos* in Neronis & Veſpaſiani, *Salutis defenſor* in Sept. Severi, *Propugnator* in Alexandri Severi, *Olympicus* in L. Aurelii Veri, *Stator* in Gordiani, *Victor* in Domitiani nummis exhibetur. *Apollinis* variæ effigies in Auguſti, Antonini Pii, & Caracallæ numiſmatibus ſpectantur, hujusque filium *Æſculapium* Caracallæ nummi tenent. *Neptunum* Auguſtus & Sept. Severus ſuis, *Mercurium* Hadrianus Antinoi nummis inſculpi curarunt. *Martis* tot hic ſimulacra ſive ſolo, ſive *Gradivi, Ultoris, Victoris* nomine inſignita, ut nummos recenſere tædioſum eſſet. *Bacchum* cum *Hercule* elegantiſſimus, ſatisque rarus Sept. Severi nummus ſiſtit; *Herculem* ſolum multi, peculiari vero elegantia Trajanus & Hadrianus exhibent. *Serapis* in eleganti Caracallæ nummo, *Sol DEUS* in Heliogabali, *Genius* in Neronis Veſpaſiani & Maximini numiſmatibus apparent.

Dearum quoque copioſiſſima ſimulacra ſpectanda: *Cybele* ſupra in Conſularibus citata, hic in elegantisſimo Juliæ Severi uxoris nummo ſiſtitur. *Junonis* icones hic copioſæ ſive ſolo, ſive *Moneta* aut *Regina* nomine addito videntur; ſed curioſior eſt *Punica Juno* leonibus vecta, in Sept. Severi nummo expreſſa. *Venus* vario habitu ſeſe ſpectandam præbet, jam *cœleſtis*, jam *felix*, jam *genetrix*, jam *victrix* dicta, vel XX. aut ulterius nummis expreſſa; *Palladem* X. diverſi nummi exhi-

exhibent, haſta, clypeo & noctua ſua inſtructam; imo exigua *Palladiola* copioſiſſima videntur. *Cererem* ſpicas gerentem, vel face *Proſerpinam* quærentur, Claudii, Neronis & aliorum monetæ continent. *Diana venatrix* in Hadriani, *Lucifera* in Julii Severi nummis exſtat. *Veſtam* Caji & Veſpaſiani, Templum *Veſtæ* Neronis nummi tenent. *Hebe* ſive *Juventus* in Aurelii Cæſaris, *Fortuna* & *Victoria* ut Deæ, in copioſiſſimis plurimorum nummis videntur.

Rerum ad *Religionem* ſpectantium hic tantus apparatus eſt, ut quid primo citem, vix conſtet: *Templa* Deorum varia eleganti ſtructura in nummis expreſſa, *Aræ* ſive ſolæ, ſeu Jovis fulmine inſtructæ; *Tripus* ſive *Cortina Delphica* cum cornice & Delphino Appollini ſacris, in nummis præcipue Vitellii & Domitiani. *Caduceus Mercurii* paſſim obvius, *Pegaſus* in Antinoi præcipue nummo conſpicuus, *Sacrificia* varia, totum ſacrificandi ritum ſcite exhibentia præcipue in Caji & Fauſtinæ junioris elegantiſſimis nummis; *Signa Pontificalia, Albogalerus, Aſpergillum, Securis, Capeduncula*, in Cæſaris præcipue nummis æreis; *Signa Auguralia, Lituus, Guttus* cum *Aſpergillo* & *Capeduncula* in Cæſaris & Marci nummis. Quæ ad *Conſecrationem* ſive *Apotheoſin* ſpectant, hic ad nauſeam apparent; *Rogi* eleganter ſtructi, ut Ælii & Antoninorum, Pii & Marci; *Apotheoſis* Auguſti rara & curioſiſſima, *Carpenta* ſive *Tenſæ* in Auguſtarum Liviæ ſcilicet & Agrippinæ conſecratione, *Aquila* Deitatem ſignificantes & alia non pauca.

Nihil dicam de aliis Imperii & Victoriarum ornamentis, *Faſcibus, ſignis militaribus, Labaris, Haſtis, Clypeis votivis, coronis* variis *apertis, Laureis, radiatis, quernis*, aliisque; nihil *de Triumphalibus ornamentis, Trophæis* curioſiſſimis, *Bigis, Quadrigisque* triumphalibus, nihil itidem de publicarum Solennitatum memoriis, *Sellis curulibus, Congiariis* & *Suffimentis populo datis*, quæ præcipue in Neronis, Domitiani, Nervæ, Hadriani & Antonii Pii nummis apparent.

Aliquam *Hiſtoriæ* partem declarant, ut: *Quindecim viri ſacris faciendis, Frumento Præfecti, Triumviri monetales, Duum viri municipales, Quæſtores*, imo & *Trium viri Reipublicæ conſtituendæ*, in nummis notati; quorſum & ipſa *Tribunitia poteſtas* ſpectat, ubique in Imperatorum nummis obvia. Publicarum Solennitatum monumenta habemus, in *Ludis quinquennalibus, decennalibus, ſecularibus* egregie expreſſis; in *Votis*

Digitized by Google

Votis publicis, *Luſtrationibus*, *Decurſionibus*, *Donativis* aliisque rebus copioſa elegantia conſpicuis. Quot quæſo hic *Allocutiones cohortium*, *Profectiones* & *Adventus* Auguſtorum. *Trophaa*, *Arcusque Triumphales* erecti, aliaque victoriarum monumenta apparent? *Jani templum* clauſum de pace reſtituta teſtatur, *Adoptiones* curam pro Succeſſoribus Imperatorum, *Propago Imperii* in filiis lætitiam oſtendunt, aliaque curioſa & Hiſtorico ſcitu neceſſaria hic occurrunt.

Geographiam ſive etiam *Topographiam* juvantia ſunt: Roma ſub decora fœminæ armatæ ſpecie, quam & *reſurgentem* Veſpaſiani, *ſacrificantem* Commodi nummi exhibent. Ex ornamentis Urbis Romanæ *Coliſeum* ſive *Amphitheatrum* in Veſpaſiani, *Circus* in Caracallæ nummis, *Columna* tam in Trajani, quam Antonini Pii, *Aquaductus* in Trajani, *Pons Ælius* in Hadriani, imo ipſe *Portus Oſtienſis* in elegantisſimo Neronis nummo exhibentur. Huc & *Tiberis* ſpectat, *Portui Oſtienſi*, ſub ſimulacro ſenis additus, *via* itidem *Appia* a Trajano reſtituta. Ex aliis Orbis terrarum fluviis, *Nilus*, Crocodilo & Hippopotamo ſignatus, in nummo Hadriani; & *Danubius* a Trajano ponte ſubactus exhibentur. Cupioſam *Coloniarum* deductionem Boum Juga paſſim in nummis occurrentia deſignant, ut: *Calagurris Julia* in Tiberii, *Nemauſus* in vexato illo Auguſti nummo, in quo verba dimidiata COL. NEM. ſ. *Colonia Nemauſienſis*. Forſan & *Diana venatrix* in Hadriani nummis Coloniam Hadriani in Myſia, *ſepta Venatica* dictam, denotat.

Regiones Orbis deſignantia ſimulacra hic copioſe ſatis inveniuntur; *Oriens* capite crinito & radiato, & *Africa* Elephantis proboſcide vittata, ſcorpionemque gerens, in Hadriani nummis exſtant; *Ægyptum* cum Siſtro & Ibi, *Mauretaniam* equum ducentem, idem Hadrianus exhibuit; *Judæam* ſub Palma lugentem Veſpaſianus, *Cappadotiam* rupem, & Vexillum gerentem Hadrianus ſiſtit; *Achajam* urceolo & palmæ ramo inſignitam Hadrianus e terra elevat, *Daciam* vero arcu fracto triſtem Trajanus exhibet. *Italia* turrito capite in Antonini Pii & aliorum nummis globo inſidet; *Sicilia* per Neptunum acroſtolium gerentem in nummo Auguſti deſignatur; *Germania* in Domitiani nummo, ſcuto inſidens, ſagitta fracta luget; *Galliam* & *Hiſpaniam* depreſſas e terra elevat & reſtituit Hadrianus; *Pan-*

Digitized by Google

nonia cornu copiæ gerens L. Ælio ſedenti Palladiolum ſive ſalutem ſuam tribuit; *Britanniam* haſtatam & clypeatam Hadrianus oſtendit.

Ex urbibus ſola quidem præter *Romam Alexandria*, ſpicis fertilem ubertatem indicans in Hadriani nummis apparet, indicantur tamen paſſim *Delphi* per Delphinum tripodi impoſitum, Carthago per leonibus vectam Junonem, aliæ initialibus literis, quarum officinæ monetariæ varios nummos ad nos miſerunt; in quem cenſum præcipue *Conſtantinopolis*, *Antiochia*, *Lugdunum*, *Treveris*, aliæque veniunt.

Populorum præſertim devictorum copioſa hic memoria eſt. Non prolixe ſcribam de expeditionibus Germanicis hic expresſis Domitiani, Trajani, Marci, Caracallæ; *Parthicis* Auguſti, Trajani, Marci Sept. Severi, Caracallæ, Opilii Macrini; *Arabica* Trajani; *Britannicis* Claudii, Commodi & Caracallæ; *Marcomannica* & *Sarmatica* Marci, aliisque; Memorabilia tamen ſunt *ſigna* tam a Parthis quam Germanis *recepta*, in Auguſti & Caji Cæſaris nummis; & *Armenis* Rex datus M. Aurelius Soæmus, in curioſiſſimo L. Aurelii Veri nummo exhibitus.

Ad uſum *Moralem* ſive *Emblematicum* ſpectant: *Fortuna* gubernaculo inſtructa & cornu copiæ, in plurimorum Imperatorum nummis videtur, quam *reducem* multi, *obſequentem* ſibi ſolus Antoninus Pius in eleganti nummo exhibuit. *Felicitas* caduceum & cornu copiæ tenens pasſim obvia eſt, imo nummi quidam *felicitatem temporum*, alii *Seculi* alii publicam vocant; *ſuam felicitatem* Auguſtus Capricorno, Cornu copiæ in tergo gerente ſcite quidem, ſed ſuperſtitioſe expreſſit. *Bonus eventus* patellam & ſpicas gerens; *Hilaritas* velum Capitis præ gaudio attollens; *Lætitia* per Juvenem ſpicam, & puellam globum gerentes, qui ſe invicem amplectuntur, in Pii nummo deſignata; *Salus* pateram gerens, copioſiſſimis nummis impoſita. *Securitas* haſtata & cubito innixa ad aram quieſcens; *Tranquillitas* gubernaculum & ſpicas tenens, harumque omnium gubernatrix *Providentia*, globum ſuppoſitum ſceptro protegens, elegantia ſane ſpectacula ſiſtunt, hic quidem ſæpisſime repetita. His jungi merentur, variæ felicitatis cauſæ, *Pax*, nummis ſatis numeroſis impoſita, ramum Olivæ & Caduceum portans, cujus ſe *fundatorem* Sept.

I

Seve-

Severus in quodam nummo vocat; *Libertas*, Pileum manu porrigens; *Honor*, Lauri ramo ornatus; *Annona* abundans ſive Cereris ſimulacro, ſeu Calatho, frugibus pleno deſignata; *fœcunditas*, infantulis cincta, aliaque varia publicam felicitatem juvantia; imo ipſa *ſpes* creberrime apparens, herbam trium foliorum, primum ſcilicet plantarum germen oſtendit. *Virtus* mulieris armatæ effigie ſe etiam creberrimam exhibet, longam filiarum ſeriem ſecum ducens. *Pietas* thura igni injiciens, *Æquitas* Cornu copiæ & bilancem geſtans, *Juſtitia* pateram baculumque tenens, *fides* jam *publica*, jam *militum*, jam *Exercituum* dicta, mox cornu copiæ & pateram, jam ſigna militaria monſtrans, *Concordia*, manibus junctis plurimum deſignata, *Amor mutuus*, eodem ſigno expreſſus, *Clementia* Lauri ramo & haſta inſtructa, *Indulgentia* manum expanſam porrigens, *Liberalitas* cornu copiæ effundens, *Conſtantia* galeata & haſtata, indicem verſus faciem propriam dirigens, *Pudicitia* peplum fronti obtendens; Nec tacere poſſum monitum Auguſti, *feſtina lente*, Emblemate eleganti in nummis Veſpaſiani expreſſum, ubi Delphinus, celeritatis ſignum, anchoræ circumvolutus a veloci curſu detinetur. Ipſa *Æternitas* ſolem dextra, ſiniſtra lunam gerens, non inelegans Emblema ſiſtit.

Catalogum vero *Imperatorum*, præcipue in qua forma, & ex quo metallo nummi cuſi, ſequens exhibet Tabula:

	In Auro.	*In Argento.*		*In Ære.*
Julius Cæſar	--	9	maj. & med. form.	7.
			min.	2.
Auguſtus	6	23	maj. & med.	24.
			min.	2.
Tiberius	3	3	maj. & med.	17.
Caligula	--	1	maj. & med.	7.
Claudius	7	2	maj. & med.	12.
Nero	4	8	maj. & med.	15.
			min.	1.
Galba	--	2	maj. & min.	4.
Otho	--	2	maj. & med.	2.

	In Auro.	In Argento.		In Ære.
Vitellius	--	5	maj. & med.	4.
Veſpaſianus	2	13	maj. & med.	12.
Titus	2	10	maj. & med.	8.
Domitianus	4	16	maj. & med.	18.
			min.	3.
Nerva	--	6	maj. & med.	4.
Trajanus	4	34	maj. & med.	20.
			min.	3.
Hadrianus	4	43	maj. & med.	47.
Antoninus Pius	4	40	maj. & med.	45.
Aurel. Anton	4	29	maj. & med.	38.
			min.	1.
Verus	2	6	maj. & med.	9.
Commodus	--	13	maj. & med.	16.
Pertinax	--	1	maj. & med.	2.
Julianus	--	--	- -	1.
Clodius Albinus	--	1	- -	3.
Severus	2	27	maj. & med.	6.
			min.	1.
Caracalla	1	31	maj. & med.	8.
Geta	--	5	maj. & med.	2.
Macrinus	--	5	maj. & med.	2.
Diadumenianus	--	2.	min.	1.
Heliogabalus	--	12	maj. & med.	3.
Alexander	--	10	maj. & med.	12.
Maximinus	--	5	maj. & med.	5.
			min.	1.
Balbinus	--	1	maj.	1.
Pupienus	--	2	maj.	1.
Gordianus	--	10	maj. & med.	11.
			min.	1.
Philippus	--	16	maj. & med.	14.
			min.	1.
Decius	1	12	maj. & med.	5.

	In Auro.	*In Argento.*		*In Ære.*
Gallus	--	9	maj & med.	7.
			min.	1.
Valerianus	--	7	maj.	1.
			min.	1.
Gallienus	--	12	maj. & med.	3.
Poſtumus	1	4	- -	1.
Tetricus	1	--	- -	--
Aurelianus	--	--	- -	3.
Cl. Tacitus	--	1	- -	--
Probus	--	1	- -	1.
Carinus	--	1	- -	--
Diocletianus	3	1	- -	2.
Maximianus	--	2	maj. & med.	4.
Maximinus	--	1	med.	1.
Conſtantius	--	--	- -	1.
Conſtantinus M.	2	--	med.	4.
Maxentius	--	--	med.	4.
Licinianus	--	--	- -	1.
Conſtantinus Jun.	--	1	- -	--
Conſtans	--	1	- -	1.
Conſtantius	--	1	- -	2.
Magnentius	--	--	- -	2.
Julianus	--	1	- -	1.
Valentinianus	4	1	- -	--
Gratianus	1	1	med.	2.
Valentinianus Jun.	--	--	- -	1.
Maximus	--	--	- -	1.
Theodoſius M.	2	--	- -	--
Arcadius	1	--	- -	1.
Honorius	1	--	- -	--
Anaſtaſius	1	--	- -	--
Juſtinianus M.	1	--	- -	--

Summa aureorum 68. Argenteor. 450. - æreorum 448.
Græcorum ex auro cum aliis vetuſtioribus XXXII.

Aſſervantur quidem & aurei, & argentei, & æri recentiores nummi, notatu ex parte & commemoratione digni, præcipue ex donatione Illuſtr. *Haunoldi*, quos tamen citare non ſuſtineo, ne nimia copia Lectori moleſtus ſim.

Hoc ſaltim addendum, quod cum An. M. DCC. XI. die 16. Aprilis Vir Illuſtris *Sigismundus* ab *Haunold, Sac. Caſ. Maj.* Conſiliarius & Reipublicæ Vratislavienſis Præſes longe meritiſſimus mortalibus valediceret, propenſam ſuam erga *Bibliothecam Eliſabethanam* voluntatem multoties antea beneficiis inſignibus comprobatam, etiam poſt fata teſtaturus variam Librorum aliorumque Cineliorum ſupellectilem per tabulas teſtamenti Bibliothecæ legavit, ubi inter alia & Codices MStos ſequentes ſat pretioſi Bibliothecæ illati ſunt:

Ut Theatrum Monetarium conſtans ex VIII. Voluminibus, in quibus nummi a *Godofredo Biebero* & *Godofredo Bartſchio Chalcographo* eleganter delineati cernuntur; Ubi VI. priora Regum & Principum Europæorum, Septimus Aſiaticorum, atque Octavus Africo-Americanorum nummos continent.

Codes alius comprehendit curioſa *Artis* & *Naturæ:* Volumen in quo curioſa artis ſcriptoriæ ſpecimina præcipue micrographica haud pauca, literæ Hieroglyphicæ, ſchedæ Arabicæ & Ruſſicæ, imagines variæ penicillo & acu pictæ Chinenſes & Japonicæ, item texturarum tum Europæarum tum Indicarum diverſiſſima ſpecimina, & tandem chartæ fere quælibet ex Oriente & Occidente collectæ, item quæ ex Amiantho confectæ incombuſtibiles.

Alius Regnum *Animale*, *Minerale*, & *Vegetabile*: Codex hic tam externa quam interna pulchritudine commendabilis, poſt curioſa ſatis artis pictoriæ & ſculptoriæ ſpecimina, imaginesque illuſtrium & aliarum Perſonarum varias, juxta tituli tenorem exhibet, quicquid rarum, monſtroſum, aut eximiæ pulchritudinis in Regno Naturæ obvenit. Sicque tum humana quam cæterorum animalium ſingularia, Aves, Piſcesque copioſiores, Calculi in hominibus aliisque animalibus inventi, mineræ curioſæ & elegantes, demumque flores fructusque pulchritudinis aut magnitudinis eximiæ ſiſtuntur, quæ plurima arte pictoria jucundiſſime expreſſa ſunt.

Alius *Herbarium Impreſſum:* Codex hic continet herbarum diverſiſ-

verſisſimarum folia ſingulari artificio ad vivum expreſſa, foliis ipſis colore typographorum atro tinctis, ſicque chartæ impresſis, ita ut ſingulæ foliorum fibræ & venulæ accuratisſime exhibeantur.

Alius *Herbarium vivum exoticum:* Codex hic curioſiſſimus collectus eſt manu Celeberrimi Viri *Sylvii Bocconis* Nobilis Panormitani Monachi Ciſtercienſis & Mi. *Hetruriæ Ducis* Botanici, qui per omnes maris Mediterranei oras navigans, multorum annorum induſtria collegit, tandemque cum in Boruſſiæ cœnobium Olivam tendens Wratislaviæ ad tempus moraretur, Illuſtri Haunoldo vendidit: Continet ille Herbas exſiccatas & Chartæ affixas quaſcunque, ſive per Africæ, Siciliæ, Italiæ, aliasque maris Mediterranei littora, ſive in ipſo mari ſcopulisque collectas invenit, qui ſingulis tam nomina quam locum ſua manu adſcripſit.

Volumina alia vocantur *Recreatio Mentis & Oculi Botanica:* Hæc continent herbas fere quaslibet & flores, quos Sileſia tam in planitie, quam in montibus Giganteis gignit, exſiccatos chartisque affixos, additis paſſim papilionibus aliisque inſectis a *Jacobo Williſio*, Collega Eliſabethano, in hac arte ſatis perito, plurimum collectis.

Ex *Regno Animali Conchyliorum* tantus apparatus a *Sebiſio* collectus, ut vix detur aliqua concharum ſpecies, cujus non hic multa cuſtodiantur ſpecimina; præcipue cum ex liberalitate Illuſtr. Dni. Præſidis *Haunoldi* & Generoſi Dni. *Georgii Mauritii ab Hoffmannswaldau* maxime auctus fuerit: nec oblivifcenda nitide politorum Conchyliorum collectio, quæ a *Vincentio* mercatore Amſtelodamenſi Patroni aliqui compararunt, cum ſcatulis in quibus *Folia ambulantia, Scorpiones Javani, Aranea Braſilienſes, Aves Colybri* item variæ *Papilionum* & *Inſectorum* Indiæ Orientalis & Occidentalis ſpecies, incluſæ.

Plura animalium marinorum genera ſunt: *Stella marina* maxima, item alia reticulata ſeu cancellata & tuberoſa, admirando artificio a natura elaborata, *Echinorum* diverſæ ſpecies, *Aſtacorum* marinorum variæ ſpecies, *Xiphia ſ. Piſcis gladiatus, Raja*, quarum altera minor in Draconis ſ. ut creditur Baſiliſci formam efformata, *Oſtracius piſcis* mire in ſuperficie cancellatus, *Hippopotamus, Crocodilus, Teſtudines marinæ*, eleganti teſtarum variegatarum ornatu decoratæ etc.

Tophus maximus albus, qui equo Roſenthalii prope Vratislaviam inteſtinum rectum diſrupit, *Ovum in Ovo Gallinaceo* etc. Siſti-

Siſtitur porro *Elephas* turritus ſ. onuſtus, qui varia *Mineralium* genera tergo impoſita gerit, copioſiora vero pedibus ſubſtrata jacent: Ex Lapidibus oculos afficiunt quinque *Globi politi* e marmore diverſi coloris, ubi maximus horum fere terreſtris globi faciem mentitur, quem Natura (ut ita loquar) fuſco cingulo quaſi Æquatore quodam in medio diſtinxit, reliquas partes vero provinciarum quaſi fluminibus ſuis interſtinctarum diverſitate ornavit. Ambiunt porro elephanti dorſum varia *Cryſtalli* curioſioris genera. *Amethyſtus* puriſſima ultra cavæ manus magnitudinem ſe extendens, *Turcois* Hungarica, *Sardonychis* & *Chalcedoniæ* gemmæ fragmenta, lapidis *Lazuli* particulæ, *Smaragdus* Occidentalis in tenebris fulminans aliaque talia.

Videndum & fragmentum non exiguum lapidis ex vario gemmarum genere compoſiti, quem foſſores Freibergenſes, ubi non exigua ejusdem copia reperitur, *lapidem Corallinum* vocant; in quo *Ehrenfried Waltherus a Tſchirnhaus* admirandam ſuam poliendi artem applicavit.

Item *Lapides Sciſſiles Mansfeldici*, piſcium figuras exactiſſime referentes, *Arboris petrefactæ* e cavernis Vallis Joachimicæ fruſta, *Lapides Violarum odorem* ſpargentes, *Fungitæ* elegantiſſimi albi etc.

Auri argentique mineræ, ut dixi, elephantis tergo impoſitæ ſunt, pretioſiores tamen, non procul diſſita alia pyramis incluſas ſervat, ex Hungariæ fodinis maximam partem petitas, ut: *Argentum rude, coloris rubei*, *candidum in marmore metallico*, aliud *plumbei coloris*, aliud *capillare*, aliud *Cadmiæ metallicæ* mixtum etc.

Minera *æris* ſ. *cupri* hominis robur excedens, quæ venis argenteis mixta, e fodinis Neoſolienſibus, *Placenta æris* e Sueciæ cavernis eruta.

Cupri cæmentati Neoſolienſis aliquot ſpecimina, ſive ſoleam ferream, ſive crucem Hungaricam duplicatam referentia.

Floris ferri elegans ſpecimen. *Marcaſitarum, Cadmiæ, Cinnabaris, Sandarachæ, Æruginis*, aliarumque mineralium jucunda ſpectacula.

Variæ *terrarum* ſpecies.

Minera *Salis cryſtallini* maxima, ex meris cubis concreta, & Wilicum prope Cracoviam effoſſa.

Precum

Precum Turcicarum volumen capſulæ argenteæ incluſum; Globuli Turcarum precatorii & Amuleta varia.

Particulæ quædam *Lapidis ſciſſilis* & *Amianthi* uſtoriis ſpeculis Tſcirnhauſianis ex parte in vitrum converſæ.

Corallii veri arboreſcentis ſingularis magnitudinis arbuſculæ etc.

Neque parvum Templo Magdaleneo decus adjuncta conciliat Bibliotheca, quæ *Ampliſſimi Senatus* & privatorum munificentia adornata, & publicis uſibus an. 1601. conſecrata fuit; continet vero ſecundum Deſcriptionem a Celeberrimo *Dno. M. Chriſtiano Stieffio* Rectore adjacentis Gymnaſii & Bibliothecario hujus Bibliothecæ meritiſſimo transmiſſam ſeq. res Naturales & Artificiales.

Bibliothecam Vratislavienſem publicam, quæ ad Ædem *D. Mariæ Magdalenæ* ſacram, ſingulis Martis ac Veneris diebus, horis pomeridianis ordinarie, ac ſi neceſſitas urgeat, ex promtiſſima Bibliothecarii benevolentia, tam Indigenis quam Extraneis quotidie ad uſus litterarios & ſatiandam curioſitatem patet, primus in hac urbe Paſtor Evangelicus, *D. Johannes Heſſus* ſupellectile ſua libraria, quæ pro ratione illius temporis exigua fuit, per modum legati teſtamentarii, ante bina propemodum Secula quaſi fundavit, alii poſt eum Illuſtres, Magnifici, Litterati ac Civici Benefactores inſigniter auxerunt; *Chriſtophorus* deinde *Colerus*, Eloquentiæ Profeſſor Eliſabetanus & Bibliothecarius Magdaleneus, Oratione auſpicali An. M. DC. XLIV. deſcripſit, & brevi poſt *Geo. Schefricben* Indice operoſisſime confecto ſtudioſe inſtruxit; cujus tamen partem Onomaſticam penitus abſolvere morte præventus haud valuit.

Ab illo tempore multis acceſſionibus mirum in modum auctam, & non Libris tantum, ſed etiam Picturis, Sculpturis, Numiſmatibus, Reliquiis, Naturalibus & Antiquariis egregie dotatam Magnificus Reipubl. Wratisl. Senatus poſt obitum B. Küpfenderi An. M. DCC. XVIII. *Chriſtiano Stieffio* Rectori & Profeſſori Gymnaſii Magdalenei ſelemniter conſtituto, ſub expreſſa juramenti formula cuſtodiendam commiſit: qui eam non modo recentibus Patronorum donationibus hactenus locupletavit, ſed infatigabili quoque opera in novum plane ordinem exactiſſimum redegit, & in novo inſuper Catalogo conficiendo nunc deſudat. Quo facto, ſi *Deus*

vires ac otium conceſſerit, Laboris peracti rationes Scripto publico exponere, & ampliſſimam Memorabilium, quæ ibi colliguntur, recenſionem inſtituere, in animum induxit.

Extant in ea omnium Facultatum, Diſciplinarum & Linguarum, quibus eruditi ſolent inclareſcere, quatuordecim mille propemodum Volumina: Codices autem membranacei & manu exarati admodum pauci comparent; quoniam ex tumultuariis ac inſeparatis plerumque largitionibus integrum iſtud Syſtema Bibliothecarium concrevit, & novam indies Benefactorum liberalitatem expectat. Cui etiam non nullos Codices Hebraicos, Chaldaicos, Turcicos, & Arabicos, nec non chronicas rerum patriarum compilationes, & *Adami Puſchmanni* Opus de *Phonaſcis* Germaniæ (von denen Meiſter-Sängern und ihren Thönen) debemus.

Extant Inſtrumenta quædam Mathematico-Aſtronomica, a Celeberrimo *Hevelio* Dantiſcano profecta; Sphæræ duæ armillares Copernicanæ; Automaton muſicum minoris formæ; Mineralia indigena & exotica; Lithoxyla in Sileſiæ montanis prope *Landisbuttam* reperta; Panis & Caſeus petrefacti; Foſſilia Maslenſia; Mumia Ægyptiaca, ex famoſiſſima hæreditate *Laurentii Scholzii a Roſenau*, Poliatri olim Breslenſis clariſſimi, ad *Chriſtophorum Crauſium* Pharmacopolam emtionis titulo delata, & tum cultro anatomico per nobiliſſimum *Andream Gryphium* an. 1662. examinata, tum doctiſſima Commentatiuncula per eundem Orbi erudito deſcripta.

Extant Urnæ ſepulchrales veterum gentilium Sileſiorum, in pago *Ranſern*, qui uno a Wratislavia milliari diſtat, occaſione eluvionis Viadrinæ An. M. DC. XIV. d. XV. Aprilis detectæ; quarum deinde numerum pluribus aliis, Lignicio, Lubena, Raudena, Pilgramsdorfio, Wiltſchüzio, Maſſilia, Smigelio, Pilsnizio & aliunde ad ſe miſſis auxit modernus Bibliothecæ Præfectus *Stieffius*: qui non ſolummodo An. M. DCC. IV. de Urnis in Sileſia Lignicenſibus ac Pilgramsdorfienſibus Schediaſma Epiſtolicum publicavit; verum & de ſuis, quas ipſe per annos triginta paſſim collegit, *Ollis funebribus & Reliquiis antiquariis* infra ſpecialius acturus eſt.

Extant Lothi cum filiabus Convivium inceſtum, & Salomonis Regis Judaici de duabus meretricibus Judicium ex alabaſtro, an-

te duo jam Secula, neſcio quo artifice perquam accurate ſculptum; Chriſti porro inter duos latrones crucifigendi per quatuordecim figuras ligneas exquiſita repræſentatio, a quo autore, qualiscunque fuerit, quatuor etiam Evangeliſtarum effigies & Vita Chriſti duodecim Tabulis ligneis figurata conſpectui advenarum ſiſtitur.

Extant Scripturæ, aut caracteribus minutiſſimis, aut figuris hieroglyphicis, variorum manibus exaratæ; immo & ſine manibus humanis, ſola pedum dexteritate confectæ ab illis, quibus infelicitas naſcendi monſtroſum corpus ſine brachiis tribuerat: quales fuerunt An. M. D. LIV. *Thomas Schweicker* Halenſis Suevus; An. M. DC. LI. *Magdalena Rudolphia Thuimbüja* mulier Holmienſis Sveca; & An. M. DC. LIV. *Theodorus Steib* Viennenſis Auſtriacus; noſtro autem hoc Seculo ineunte *Matthias Buchinger* Francus, qui fortaſſe adhuc in vivis eſt, ac panis lucrandi cauſa paſſim divagatur.

Extant inſuper variorum Autorum Sculpturæ & Picturæ: Ad *Sculpturas* ære ſingulariter expreſſas, quarum alias nonnulla Volumina inter reliquos ſimilis argumenti libros reponuntur, pertinent Iconiſmi Virorum litteris & armis illuſtrium, repræſentationes Florum, Hortorum, Templorum, Arcium, Diſtrictuum, Geſtorum Biblicorum & bellicorum, Sectiones Anatomicæ, Currus velifer Batavicus, Navis aëria Luſitanica, Sarcophagus D. Joſephi Imperatoris, Organa Pnevmatica, Mauſolea & Tumuli honorarii.

Inter *Picturas* coloribus vivis & figura plerumque auguſta adumbratas eminent Divus *Leopoldus* Cæſar, & *Margareta* Hiſpanica veſtitu nuptiali; *Rudolphus II.* & *Matthias I.* Impp. *Erneſtus* & *Albertus* Archiduces Auſtriæ; *Stephanus Bathorius* Rex Poloniæ; *Georgius Fridericus* Marchio Brandeburg. El.; Cardinalis *Grimanius* Venetus, qui Pro-Rex Neapolitanus Auſtriacus noſtra ætate deceſſit; *Annas* Dux Mommorantius Par, & Comes Stabuli in Francia; Marcheſe *del Gaſto*; Don *Juan Manriquez de Lara*; *Carolus* L. B. *de Zierotin*, Cæſareus Pro-Marchio in Moravia, Mæcenas eruditorum & Bibliothecæ hujus benefactor ſuperiore ſeculo eminentiſſimus; *Schwemlerus* & *Riembergius*, Proto-Syndici Wratislavienſes & Conſiliarii Cæſarei immortaliter meriti; *Joannes Acoluthus* S. S. Theol. D. & Prof. Paſtor Eliſabetanus, Eccleſ. & Schol. Aug. Confeſſ. Inſpector Wratisla-

tiſlavienſis; Omnes ac ſinguli Paſtores Evangelici Maria-Magdalenei; *Joh. Kretſchmerus* Civis & Mercator primarius nec non Templi Magdalenei per annos bene multos Curator vigilantiſſimus, Vir de Patria, de Litteratis, de Bibliotheca noſtra meritiſſimus.

Georgius Schœbelius a Roſenfeld, generalis olim Bibliothecarum Wratislavienſ. Inſpector, poſtea Canonicus & Theſaurarius ad *St. Sebaſtianum* Magdeburgi, qui in gratiam urbis patriæ *Germanum Wratislaviæ Decorem* iconiſmis Senatorum & principum Virorum notabilem ſuis ſumtibus edidit; *Albertus Durerus, Titianus Michael Angelus Bonerota, Rembrandus*, Pictores clariſſimi; *Henricus Cloſius* primus Rector Gymnaſii Magdalenei; *Andreas Dudithius; Johannes Heſſus; Georgius Logus; Socrates & Æſopus; Joachimus Georgius* Senator Wratislavienſis cum barba quadrata; *Henricus IV.* Borbonius Galliæ Rex; *Helena Antonia* virgo Leodienſis barbata; *Adamus a Döbſchüz* Capitaneus Wratislavienſis; *Lutherus & Melanchthon* per *Lucam Kranachium* in tabula lignea depicti; *D. Maria Æthiopica* & Czenſtochovienſis Polona; Quatuor *Hermanni* Theologi Wratislavienſes cum Epigraphe ſepulchrali; *Franciſcus & Matthias Virlingii; Martinus Ratgius* Cives Wratislavienſ. qui huic Bibliothecæ vix colligi cœptæ centum Joachimicos ſive Vallenſes ſolidos in Teſtamento An. M. D. LIII. reliquerat, & alii.

Ne dicam de *St. Hieronymo* nudo, de Capite Chriſti in area deaurata; de Ænea, Patrem Anchiſen ex incendio Trojano deportante; de duobus vultibus monſtroſis; de Cimone filiabus mammis lactato, quem nonnulli pictores falſo Charitatem Romanam vocant; de una ex hydriis ſex nuptialibus Canæ Galilææ, quam ad archetypum Viennenſem *Joh. Muſelius* Med. D. An. M. D. XCIII. depingi, *Laur.* autem *Scholzius* Poliater Wratisl. in æream formam incidi curavit; de Lucretia per Titianum affecta, ſed non perfecta; de Templo Salomonis, calamo per *Adamum Rauſnerum* An. M. D. LV. delineato, & per Generoſiſſ. *Nicolaum Rhedingerum* An. M. D. LXXI. in hanc ſedem librariam illato; de faciebus Illuſtris *Hannoldi* Præſidis & *Janiſii* Med. Doct. & Proto-Phyſic. Wratislavienſ. ex cera formatis; de Imagine Chriſti acu pictoria expreſſa; & quæ hujus generis alia ſunt, Hiſtoriam Artium & Patriæ non leviter illuſtrantia.

Extat

Digitized by Google

Extat denique *Nummorum* tam Veterum quam recentium inſignis apparatus, tribus arculis multisque capſulis incluſus. Conſularium, Civitaticorum, Regiorum, & Imperatoriorum ex argento bina circiter millia varii moduli, æreorum aliquot centuriæ numerantur, qui tamen omnes novam ordinis ſui diſpoſitionem flagitant, & conſequi, Deo favente, poterunt, quamprimum emendatior librorum catalogus, multis voluminibus, propter opuſculorum & materiarum multitudinem conſtiturus, ad umbilicum deductus fuerit. Proſtant inter illos duo etiam coriacei Leidenſes; alii ex variis metallis; bracteati quidam; obuli minutiſſimi complures; ectypi rariorum aliquot ex materia mixta conformati &c.

Æternam vero in hoc Bibliothecariorum Ornamentorum genere gloriam habebit Munificentia noſtro ævo valde alias inſolita, *Johan. Kretſchmeri* ſupra laudati; qui quadringentos Unciales argenteos rarioris obſervantiæ, & nonaginta Nummos memoriales ſtanneos, ſingulari ſtudio delectos, & nobiliſſimi cujusdam litteratoris manu breviter deſcriptos, vivus adhuc & valens armariis noſtris intulit, atque ſic memoriam *Kretſchmeriani Nominis*, quæ præmaturo duorum Filiorum ſine maſcula prole morientium fato commori videbatur, ab omni Poſteritatis ſæpius ingratæ oblivione vindicavit.

Hæc & ſimilia ſtrictim modo & primis quaſi labiis memorata, cum orbe litterato communicare potuit modernus Bibliothecæ Præfectus: qui quæ de uberiori Memorabilium explanatione ſupra pollicitus fuit, præſentibus, quæ ipſi magno numero incumbunt, negociis feliciter expeditis, in diem ac lucem exponere nullatenus gravabitur.

Armamentaria Vratislaviæ duo, tam inſigni copia tormentorum, mortariorum, lithobolorum, colubrorum, bombardarum, ſclopotorum, ſpingardarum multitudine, romphearum, lancearum, ſariſſarum, haſtarum, gladiorum, loricarum, aliarumque munitionum & armorum omnis generis theſauro rerum ordine, facili uſu, promtaque ad omnes neceſſitates expeditione, ut cum quibusvis Germaniæ urbium armamentariis conferri poſſint, præcipue notanda Tormenta IV. ubi maximum CXX. Centenarios æris habet, atque

globeos ferreos LX. librarum capit. In Armamentario Burgfeldenſi repoſita eſt in ſuperiori illius parte ingens antiquarum ſagittarum copia, An. M. CC. XLI. a Tartaris in urbem miſſarum: factæ ſunt illæ omnino e ligno querno excepta armatura ferrea, quæ ſupra trium unciarum pondus habet: ibidem quoque reperiuntur aliquot arcus eo pertinentes, cum clavibus ſuis ſingularibus, item clypei Tartarici, & alia ejus generis inſtrumenta plura. Speciatim huc referendum eſt *Technophylacium* ad portam arenariam in Armamentario inſtitutum, cui ſupra memoratus *Tit. Dn. Albertus a Sebiſch* curioſiſſimum armorum Germanicorum, Hiſpanicorum, Turcicorum aliorumque Exoticorum apparatum, una cum variis exemplaribus tormentorum celeriter glandes ejicientium, nec non inſtrumenta plurima ad Architecturam militarem & artem pyrobolicam facientia, teſtamento legavit. Polonicus autem Princeps *Lubomirsky* Cataphractam liveſcentem & obauratam, una cum reliqua armatura ſua præſtantiſſima, qua ipſe eſt in præliis uſus, aliique ejus generis talia donaverunt.

In armario quodam ibi aſſervantur XXIII. enſes, quibus An. M. CCCC. XIX. cives XXII. cum I. muliere in Burgo (uti vocatur) Cæſareo, præſente hic Vratislaviæ Imperatore *Sigiſmundo* fuerunt decollati, utpote qui anno præcedente tumultu contra Magiſtratum hujus loci excitato Senatores partim trucidaverant, partim de feneſtra præcipitaverant, partim obtruncari curaverant.

Machinarum varia proplaſmata ſunt notabilia, ut: Stateræ quibus onera majora ponderantur; plauſtra fœno vehendo apta, in quibus etiam ſunt Lipſienſia; variæ machinæ tractoriæ & impulſoriæ cum cohleis perpetuis; variæ cochleæ aquaticæ & machinæ ſuctoriæ, item machinæ quibus aqua vel ſitularum ope hauritur, vel elevatur alio modo, inter quas etiam habentur roſaria; varii generis molæ vento agitabiles, quibus pulvis pyrius atque frumenta teruntur & aſſeres ſimul formantur; molæ omnino tectæ in caſtellis & munimentis tempore belli adhibendæ; molæ equinæ &c. Sipho tribus cylindris inſtructus, qui rota agitatur; it. machina illa artificioſiſſima quæ *Dantiſci* fuit adhibita ad montem, munitio-

ni

ni urbis infeſtum, amovendum, nec non multifaria artis ſpecimina, quæ Fabri lignarii ex more efformant, artem ſuam publica auctoritate exercituri.

modi curioſitates amant, adſpectum Mineræ quædam ex Tranſylvaria & Sileſia auriferæ, nec non aliis metallis imprægnatæ; Mineralia item varii generis, coloris & loci, Berg-Druſen, Qvartze, Graupen, Sinner und Blüthen; Lapides conchis minuſculis petrefactis refertiſſimi, atque in Sileſia paſſim reperti; Lapides porro Florentini, Mansfeldici ac Sileſiaci variarum Plantarum, Arborum, Ruderumque Civitaticorum figuris elegantiſſime inſigniti; Ligna petrefacta in altioribus Sileſiæ montanis hoc Seculo effoſſa; Sal cryſtallinum Vielicenſe prope Cracoviam in varias figuras transformatum; Electri ſeu Succini ſemilibris portio, ex agro Illuſtris in Ducatu Jauravienſi Sileſiaco Familiæ forte fortuna eruti; Electrum araneis & foliis arborum incluſis perſpicuum, & *Vanitatis* Hieroglyphicum ex triplici electi ſpecie affabre conglutinatum, uti & multa Naturalia Maslenſia, de quibus in Viri Clar. Leonhardi Davidis Hermanni *Maslographia*, Brigæ anno 1711. 4. edita diſſeritur.

Inter res, quæ ab induſtria humana proficiſcuntur, eminet ſimulachrum Veneris ex ligno peregrino ſcitiſſime ſculptum; Caput Ciceronis verſatile ex ligno; Conchitæ Maslenſes inſtar Gemmarum lævigati; Gemmæ provinciales indigenæ perpolitæ; Tubi Optici, Teleſcopia & Microſcopia; Vitra quædam ex cinere Nicotiano; Chartæ papyraceæ ex asbeſto ſeu lino incombuſtibili Hungarico confectæ; Ova Paſchalia Moſcovitica & Kiovienſia admirabiliter picturata; Culter ſacrificatorius Turcicus ſuaveolentia notabilis, & alius litteratura Saracenico-Damaſcena conſpicuus; Cingulum Pergamenum ex Corio humano cum verbis amuleticis; Scopula ſetacea venticularis, (Magen-Bürſte;) Ligamentum variis coloribus ac diſtinctis vocabulis magnitudinem Divæ Virginis Lauretanæ, & infantuli JEſuli exacte referens, etc.

Inter Nummos veteres occurrunt Græci quidam, Romani, Gothici & Bracteati complures ex argento, quorum poſteriorum multi in Sileſia caſu effoſſi, vel ab imbribus detecti ſunt. Accedunt

dunt Cupreus Helenæ, Regenbogen-Schüßlinge, obuli extranei ac indigenæ; amuleta ex ære & metallo Chemico; nec non incogniti & rariores ex prioribus Seculis; cum uncialibus & mnemoneuticis aliquot, quibus precium affectionis in Obſervationibus Hamburgenſibus hiſtoricis adjudicatur.

Omnium vero admirationem, credo, merebitur Centuria Urnarum Sepulchralium, in Sileſia noſtra & vicina Polonia repertarum. Quum enim ab annis triginta circiter in eo deſudaverim, ut hanc Antiquitatis Sileſiacæ ſupellectilem ab aliis ante me vel penitus intactam, vel obiter tantummodo memoratam illuſtrarem, ſedulo vicos & locos complures perveſtigavi, in quibus hujus generis aliquid caſu plerumque fortuito detectum audivi, & ea quidem in re tanta felicitate gaviſus ſum, ut aut me præſente, aut ipſis manibus meis, tria ferme ollarum gentilium millia effoſſa fuerint, ita tamen plerumque in ipſis arenarum ſtratis jamjam confracta, ut ne vix decima quidem pars illarum integra extrahi, vel fragmenta ſedulo collecta reſarcinari, & in uſus litterarios reponi potuerint. Cauſſæ fractionis partim in aratra arvis arenariis ſuperinducta, partim in humores a nive pluviaque in poroſam tellurem penetrantes, partim quoque in radices arborum per medias urnas dehiſcentes ſeſe inſinuantes, atque in foſſorum, ligones incurioſe immittentium ruditatem, conjiciendæ: quamobrem multæ præſtantiores in minutiſſima fragmenta diſſolvuntur. His tamen difficultatibus non obſtantibus pervenerunt in manus meas egregia plane Oſſuaria, Cineraria, Phialæ ac Patellæ ſine dubio ſacrificatoriæ, Lacrymatoria falſo ſic dicta, Crepitacula figuræ penitus inſolitæ, interque illa *Porcellus* quidam integer, Acerræ nonnullæ, Lucerna unica fictilis, & alia variarum formarum vaſcula, anſata, ſtriata, punctata. Omnium materia eſt argillacea, color vel flavus, vel nigricans ac cinericius, aliquando ab extraneo latere maculis rubicundis infectus, aliquando ab intrinſeca parte encauſto figulino inductus: de quibus circumſtantiis omnibus jam olim in Epiſtolico Schediaſmate, Lipſiæ an. 1704. typis impreſſo diſſerui,

&,

&, ſi Deus vires ac otium ulterius conceſſerit, ampliori ſcripto in poſterum commentabor.

Minores Urnulas perpetuo non alia quapiam re quam arena vel terra adimpletas offendi; Majores ex dimidia parte ſuperiori arenam habent, intus autem circa fundum Oſſium concrematorum copia conſtipata deprehenditur. Inter illa interdum Fibulas æreas & ſtylos encauſto viridi ſpectabiles, cultra ſacrificatorial ferrea, duo calcaria ferrea, ſerta duo ferrea, annulos majuſculos æreos; imo ante biennium Globulos perforatos minuſculos varie picturatos, ex materia incognita fabrefactos, & alias mundi muliebris reliquias inveni: quarum tamen accuratior conſideratio ſpectatores quoſcunque litteratisſimos in ſtuporem abripuit

Nummi, quod ſciam, in ipſis ollis nunquam reperti. Servo tamen unum, qui ſine dubio ignem paſſus fuit, & alterum, ubi duo numiſmata argentea flammis prædominantibus tam arcte conflata ſunt, ut a ſe invicem absque violentia mallei ſeparari nequeant.

Servo etiam duas Icunculas Iſidis, pollicis longitudinem & crasſitiem vix excedentes, ex antiquo marmore, alteram coronatam, vittatam alteram, quæ ex famoſisſimo Ægyptiorum emporia Cairo in Europam per curioſum peregrinatorem ante annos bene multos delatæ, haud ita pridem meæ collectioni ac juri per donationem acceſſerunt. Nominabantur in ædibus prioris Poſſeſſoris *Diaboli* ſive *Lares domeſtici*, ex cavernis Piramidum per Muhammedanos ſublati ac venditi: unde, ſi commodior occaſio affulſerit, originem, figuram ac cultum dilucidius explicabo.

Reliqua curioſa, v. gr. Codices quosdam Manuſcriptos, iconiſmos æri inciſos, florum & plantarum rariorum picturas, Gem-

Digitized by Google

mas veteres annulares, & nonnulla hujus ſortis alia, minoris momenti exiſtimo: quoniam in aliorum ditiorum Gazophylaciis & Dactyliothecis vel ſimilia, vel præſtantiora magno numero eruditorum oculis ſubjiciuntur. Scribeb. exeunte Majo A. C. 1725.

M. Chriſtianus Stieff. R.

Tit. *Dn. M. Michaëlis Liebentantzii* Subſenioris Mariæ Magdalenæi vigilantisſimi Nummophylacium ortum eſt ex collectione meritiſſimi olim *Inſpectoris* noſtri Tit. *Dn. Caſparis Neumanni*, qui ſeriem Electoralem Saxonicam inde a temporibus Reformationis, ſive ab Anno 1517. - 1617. eo produxit, ut ſummam 800. Imperialium effecerit. Ab An. 1617. - 1717. laudatus *Dn. M. Libentantzius* hanc ſeriem continuavit, eamque omnino completam in ſcriniis ſuis aſſervat: Inſigne prorſus augmentum nactum eſt hoc Muſeum acceſſione *Milichiani* Muſei, cujus Catalogus Amſtelodami An. 1708. in 4to typis exſcriptus fuit, ſequenti titulo præfixo: Numiſmata aurea & argentea antiqua & nova, tam Græcorum Regum & Civitatum, quam Romanorum, & omnium fere Germanorum Imperatorum omniumque totius Europæ Regionum & Civitatum, per multos annos ſummo ſtudio collecta a *Theophilo Valentino Milich* Vratisl. quod quidem Muſeum Milichianum Rever. *Liebentantzius* ſumma 3000. Imperialium perſoluta ſibi vindicavit.

Inveniuntur in eo quadringenti quinquaginta Nummi Antiqui & amplius, plerique ex argento, ut ex *Græcis* ſummatim XXXIII. in quibus ſunt IV. ex auro, XXIII. ex argento, VI. ex ære. In argento præcipui ΠΟΛΥΔΑΜΑΝΤ. cum capite barbato & criſpato, & aleæ tabula.

In Ære ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝ. cum quatuor perſonis, quarum una capreolum tenet pateram effundens. (vid. *Saubertus* de Sacrificiis pag. 518.

Conſularium num. 102. ut. I. in auro, XCVI. in argento, & V. in ære; ex quibus notandum *in argento* Caput honoris laureatum cum *Sileno*

Sileno caudato utrem hircinum in dorſo gerente, dextra elevante, pone columna cum Icuncula. *C. Cenſor.*

In Ære M. Portius Cato Cenſ rev. Roma clypeis inſidens dextra bilancem, ſiniſtra cornu copiæ tenens.

Imperatorum num.CCCXXXI.ut 5. aurei, 176. argentei, 150. æreì.

Ubi inter rariores numerandi *in auro*: *Trajani* nummus, cum Abundantia Cornu copiæ effundens.

In Argento Caput *Julii Cæſaris*, it. *Neronis Claudii Druſ. German.* & in averſa parte, Arcus triumphalis, ſupra Nero equitans, inter duo Trophæa in ejus periſtylio, cum Inſcr. *De Germanis*; Caput *Caligulæ* laureatum & corona quercea; Caput *Othonis* laureatum, cum fœmina dextra ſertum, ſiniſtra haſtam tenente, Inſcr. Securitas P. R. Caput *Helvidii Pertinacis* laureatum, Rev. figura muliebris, dextra bilancem, ſiniſtra Cornu copiæ tenens. Inſcript. Æquitas Auguſt. TR. P. COS. II. Præcipue *Caput Peſcennii Nigri*, cum Victoria, dextra coronam, ſiniſtra palmam geſtante, & Inſcript. Victoria Aug. Caput *Clodii Albini*, in quo Minerva, dextra ramum, ſiniſtra clypeum & haſtam ferens; Caput *Diadumeniani* nudum cum figura muliebri ſtante inter IV. ſigna militaria & Inſcr. Princeps Juventutis, (ſecundum *Vaillantium* LC. Tom. II. pag. 283. eſt nummus eximiæ raritatis & elegantiæ.) Capita *Balbini* & *Pupieni*, cum Hercule; Caput *Gordiani* cum Liberalitate.

In Ære: *Julii Cæſaris* nummus cum capite laureato, ad frontem ſtella, pone lituus & Inſcr. *C. Cæſar Dictator.* in averſa parte, corona laurea Inſcr. Veni, vidi, vici. (qui ſuppoſititiis accenſendus.) *Auguſti* nummus maximi moduli cum Templo Martis plurimis columnis ſuffulto. *Tiberii* Caput & Ara cum victoriis hinc & illinc cippo impoſitis, (qui inter rariſſimos collocatur a *Vaillantio* Tom. I. pag. 9.) *Neronis Claudii Druſi Germanici.* Caput, Rev. Arcus Triumphalis cum ſtatua equeſtri & Germanorum ſpoliis; Inſcr. De Germanis; alius in quo Germanicus palludatus ſtans, dextra extenſa, ſiniſtra haſtam tenens, Inſcr. Signis receptis devictis Germanis;

nis; alius (ſecundum Vaillantium L. C. pag. 18.) rariſſimus, cum figura muliebri, ſive Spe, dextra florem, ſiniſtra togam prehendente; Inſcr. Spes Auguſt. Caput *Neronis* cum portu Oſtienſi, in cujus medio plurimæ naves; cum Tiberi, ſub ſimulacro ſenis decumbentis; Inſcript. Port. Auguſt. (pro rariſſimo habetur a *Vaillantio* Tom. I. pag. 21.) Caput *Galbæ* laureatum Rev. Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu, adſiſtente figura militari, alloquitur cohortes; Inſcr. Adlocutio. (rariſſimus ſecundum *Vaillant.* Tom. I. pag. 22.) Ejusdem, in quo figura muliebris ſtolata ſtans dextra pileum, ſiniſtra haſtam puram tenens; Inſcr. Libertas. (idem rariſſimis adſcribitur a *Vaill.* Tom. I. pag. 23.) Ejusdem cum figura galeata gradiente, dextro pede globo inſiſtente, cum victoriola & haſta; Inſcr. Roma renaſcens (inter raros collocatur a *Vaillantio* Tom. I. pag. 24.) Caput *Vitellii* laureatum Rev. Victoria ſcribens in clypeo, palmæ arbori appenſo; Inſcr. Victoria Auguſt. (rarioribus adſcribitur ab *eodem* Tom. I, pag. 28.) Caput *Titi* laureatum, Rev. Imperator paludatus ſtans, ſiniſtro pede galeæ impoſito, dextra haſtam, læva parazonium tenens ſub palma arbore, Judæa mœſta ſpoliis inſidet; Inſcr. Judæa capta. Caput *Marci Aurelii* laureatum, Rev. in Clypeum appenſum trophæo ſcribit victoria, pede ſiniſtro galeæ impoſito, in imo trophæi captivus; Inſcr. Vict. Germanis; Ejusdem cum trophæo, ſub quo duo captivi; Inſcr. de Germanis (hic nummus ſuperiori paulo rarior eſt teſte *Vaillantio* Tom. I, pag. 82.) Caput *Alexandri* laureatum; Inſcr. M. AVR. CEVH. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. CEB. Rev. Tabula ſupra quam duæ urnæ & Capita *Severi* & *Mammeæ*, ſub menſa urceus, (Literæ Græcæ non legibiles.) Caput Gordiani Afr. Rev. figura militaris galeata ſtans dextra clypeum, ſiniſtra haſtam tenens, Inſcr. Virtus Aug. (inter rariſſimos habendus ſec. *Vaillantium* Tom. I. pag. 155.) Caput *Balbini* Rev. Providentia ſtans, dextra radium, ſiniſtra Cornu copiæ ferens, pro pedibus globus; Inſcr. Providentia Deorum (pro rariſſimo habetur a *Vaillant.* Tom. I. pag. 157.) Caput *Gordiani* cum Æquitate dextra bilancem, ſiniſtra cornu Copiæ tenens; Inſcr. Æquitas Auguſt.

Ex

Ex *Thaleris* rarioribus omnes ſere illi hic reperiuntur, qui paulo ante nominatim ſunt recenſiti, exceptis Nummo ſcutato Sixti V. it. Thalero *Nicolai* Epiſcopi Sedunenſis, it. Thalero Johannis Epiſcopi Vratislavienſis, nec non Thalero Fehrbellinenſi: E contrario hic inveniuntur nonnulli, quæ in Muſeo præcedenti deſiderantur: ut *Matthei* Cardinalis & Epiſcopi Salisburienſis Thalerus rariſſimus de An. 1521. cum Inſcript. Ora pro nobis Deum Sancta Virgo radiana: *Johanneus* quidam Epiſcopalis hic loci cuſus, groſſi magnitudine, pondere Thaleri; Secula II. integra Glorioſiſſimorum *Imperatorum Romanorum* de ſingulis fere annis, in quibus etiam comparet *Caroli V.* quem ipſe cudi juſſit; item Auſtriæ Archiduces pulcherrima ſerie; *Friderici* Regis, quem vocant, brumalis Thalerus; Ex ſolis Mansfeldicis *St. Georgii*, qui nominantur, Thaleris, quibus in pleriſque ineſt Inſcr. Bei Gott iſt Rath, und That. XXV. ſignaturæ differentes, in quibus nec iſte deſideratur de An. 1523. ubi in equi inſtragulo verba luculenter expreſſa leguntur, Ora pro; *Friderici* Electoris Saxoniæ Thalerus duplus, ubi in pectore legitur: *Jeſus Maria*; In Peſtem Wittembergenſem Thalerus ſimplex & duplex &c.

Numiſmata moderna ex impreſſo Catalogo cognoſci poſſunt, quibus vero ingens copia acceſſit; ut ſeries elegantisſima in Jubilæum Lutheranum An. 1717. in mortem *Caroli XII.* Regis Sveciæ XVIII. diverſa Numiſmata, & alia plura.

Gemmæ antiquæ numero LXIII. ſunt in promptu; in Lapidem Lazuli, Jaſpidem, Sardum, tam fabulæ poëticæ, quam varia Romana Capita inciſa; item annuli, ubi in Onyche, etiam in auro literæ Arabicæ inſculptæ, it. Mater Dei in Turcoide opere eminenti inciſa.

Apparatus, quem in oblectationem animi & ſuam & amicorum poſſidet *Tit. Dn. Johannes Georgius P - -* eſt ſequens:

L *I. Pi-*

I. *Pictura.*

1.) Archetypa præclara Imaginum humanarum, Regionum, Præliorum, Figurarum minutarum, Animalium, Fructuum, Florum & Rerum rureſtrium: ut IV. genualia, Auctor. *Lely*, *Roſ. alba*, *Heribaldo* & *Agatha*, *van der Myn*, *Quellino*, *Welbero*, *Brandelio*, *Jordaëno*, *Perugino*, *Sachtleven*, *Heemskerkio*, *Bendlero*, *Antonio Polcke &c.*

2.) Aviarium Sileſiæ ad naturalem fere ſimilitudinem expreſſum, colore aqueo a *Bottengrubero.*

3.) Diverſa inſtructa vaſorum porcellaniorum eleganter pictorum & encauſticorum a *Bottengrubero.*

4.) *Archetypa imaginum ſummæ præſtantiæ & dignitatis.*

Bachanalia 2. integrarum & 3. dimidiarum figurarum forma ſupra humanam longe auguſtiori, præſtantisſimi opus generis, auctore *Annibale Caraccio* 3½. pedum altitudine, latitudine 4½. moduli Rhenenſis.

Magdalena in caverna ante *Chriſti* crucifixi effigiem genibus nixa, figura integra, auctore *Franciſco Floriſio*, 3. pedum altitudine, 2. latitudine.

Ecce Homo! cum duabus figuris aliis, pictura diligenter & pulchre colorata, ab *Alberto Durero* de Ann. 1512. 1½. ped. altitud. & 1. ½. ped. latitudine.

Ejusdem generis caput, a *Johanne Bellino.*

Ejusdem generis figura integra perfecta pulchritudine a *Palma* Sen. 1. ped. altit. & ½. latitudine.

Johannis Baptiſtæ effigies dimidia ab *Anton. van Dyk.*

Sancta familia integris figuris a *Rubenio* 2. ped. altit. & 1½. latitudine.

Duæ Tabulæ Ferarum, ſcilicet cervorum, leonum, pantherarum, & tigridum, urſorum, lyncium, &c. ſingulariter elegantes, a *Carolo Ruthardo* de Ann. 1666. 2½. ped. altitud. & 3. ped. latitud.

Caput parvum, a *Franciſco Halſio.*

Orpheus cum multis feris, a *Saverio.*

Tabula ovium & gallinarum cum duabus figuris in Italia picta, a *Carolo Screta* 3½. ped. altitudine & 5½. latitudine.

Variæ ſpecies ſimiarum, miros & ridiculos geſtus præ ſe ferentium cum fructibus, vaſis argenteis, præclare prorſus pictæ, auctore *Thiel Brûgel.*

Regio cum figuris, a *Davide Teniers,*

Coronatio Chriſti cum multis figuris integris, a *Simone de Vos.*

Effigies *Burry* perquam belle expreſſa, a Pictore Italo.

Effigies *van Dyckii* ſolo capite expreſſa.

St. *Maria* Virgo cum *Jeſulo*, a *Willmanno.*

Duæ Tabulæ maximæ, in quibus Charitas Romana, authore *Halbaxio.*

II. *Opera miniata.*

Effigies *Henrici VIII.* uno colore expreſſa (vulgo grau in grau) ab *H. Holbeinio.*

Regio diligenter picta, a H. Bol.

X. Tabellæ cum floribus & inſectis, a Georgio Hoeffnagel.

Effigies num. VI. ſingulariter elegantes ab eodem.

In IV. Libris multa animalia & piſces marini, item fructus, auctore eodem.

III. Opera diagraphica.

1.) Ingens prælium ad exemplar *Raphaelis* artificioſe expreſſum a *Petro van Lint.*

2.) Collectio Picturarum, monogrammarum majoris formæ tam Hiſtoriarum quam Regionum, autoribus: *Fens, Faventino, S. Roſa, Jac. Jordaëno, Blæmarto, Saverio, &c.*

3. Ejusdem generis collectio minor Hiſtoriarum LXXX. & amplius, & quidem omnino ſelectarum, in quibus una eſt a *Raphaele*, 2. a *Polydoro*, 1. a *Maratto*, 1. a *Titiano*, 2. a *Joſ. Arpino*, *Dürero*, *Aldegrafio*, *Mart. Schönio*, *Holbeinio*, *Luc. van Leyden* ſ. Lugdunenſi Bat. multæ a *Wierixio*, de *Bray*, *Oſtadeno*, *Brauwero*, *Bramero*, 1. a *Rubenio*, 1. a *van Dikio*, 1. a *Jac. Jordaëno*, *Hollaro*, multæ a *Willmanno*, *Rembrando*, *Blæmarto*, *Dreveto*, *Jac. Frey*, &c.

4.) Similis Collectio Regionum in archetypo & quidem ſelectiſſimarum numero 100. ab *Elsheimero*, *C. Pouſſino*, *Cl. Gill. Lorraine*, *Saverio*, *Brügelio*, *Svaneſeldio*, *Sachtleven*, *Waterloo*, *Willmanno*, *Tempeſta*, *P. de Laer*, *Bril*, *Mompero*, *Vingboomio*, *Nyts*, *Velden*, *Seemanno*, *van Goyen*, *Rademakero*, *du Molins*, *Bendlero*, &c.

IV. Figuræ æneæ.

1.) Collectio magna Hiſtoriarum ſacrarum & civilium a manu

nu Veterum & Recentiorum, Germanorum, Belgarum, Italorum & Gallorum Artificum, multis voluminibus conſtans.

(ubi Diſpoſitio & ordinatio ſecundum ſcholas illorum facta eſt.)

2.) Ejusdem generis Collectio Imaginum humanarum, in qua Collector non tam Hiſtorias quam artem ſpectavit.

3.) Similis Collectio Ferarum & Venationum.

4.) Similis collectio Regionum.

Collectiones laudatæ præſtantisſima & rarisſima cujusque Artificis, & integra Opera præcipuorum Chalcographorum in arte ſua excellentium complectuntur.

V.

Apparatus ſatis inſtructus ichnographias munimentorum archetypas auctore *Vaubanio, Beanheu, Devillieres.*

Inſtrumenta egregia & libros ad Sculpturam, Architecturam antiquam & modernam, Opticam facientes, comprehendens.

Tit. *Dn. Fridericus Kaltſchmidius*, Med. Doctor, Sac. Cæſ. Maj. Perſonæ & Aulæ Medicus & S. R. Imp. Academiæ Nat. Curioſ. e liberalitate *Haunoldi, D. Schröckii, D. Wolffi, D. a Rhoda, D. Bayeri, D. de Franckenau, Pr. Werneri, Pr. Pfeifferi Berolinenſ. Prof. Franckii Hallenſ. D. Volckmanni, D. Hambacheri, M. Buttneri, Hermanni* &c. Muſeum collegit Fosſilium & Lapidum figuratorum, quod ante beatam analyſin per teſtamentum filio natu min. Dno *Erneſto Sigiſmundo Kaltſchmidio* Juris Candidato legavit; In quo aſſervantur:

I. *Gemmæ* rudes Sileſiacæ, Saxonicæ & Hungaricæ num. LXX.

II. Gemmæ & Fluores ſcalpti & politi num. LIX.

III. Lapides Cryſtallini num. XXXIII. ex quibus cryſtallus viridis, ſtriis Vitrioli ſimilibus, maxime conſpicua.

Digitized by Google

IV. Stalactitæ & Tophi num. XLIV.

V. Lapides certa figura gaudentes num. LXIV. ex quibus eminet Aſtroites albus, ſtellis purpureis inſignitus.

VI. Lapides qui referunt corpora Vegetabilium num. LVII. ex quibus notandi Piſolithus maximus, ex Thermis Carolinis; Corallinæ tabularis fruſtum inſignis magnitudinis; item Lapides Dendroides Eyſtädtenſes num. XV.

VII. Lapides qui referunt corpora animalium num. LXXVI. ex quibus Cornua Ammonis Querfurthenſia maxima in matrice, & alia a matrice ſeparata, item alia polita, in quibus concamerationes apparent; & Turbinites maximus in matrice Querfurtenſis cum Lapide cranium humanum referens.

VIII. Vegetabilia petrefacta num. XXXIV. ex quibus conſiderationem meretur Fungites quercinus.

IX. Partes Animalium petrefactæ num. VII. ubi ex Specu Baumanniano ſtalactitæ fruſtum maximum, in quo oſſa humana petrefacta ubique prominent; it. alius Lapis Querfurtenſis, in quo os fibulæ immenſum; item Dentes & Oſſa varia Canſtadienſia.

X. Ex Mineris metalliferis proſtant Auri num. LVII. Argenti num. LII. Cupri num. LXXIII. ubi Cupri nativi arbuſcula Epperienſis & Minera Tyrolenſis egregia viridis, colore coeruleo diſtincta non ubivis obvia; Stanni num. XVI. Plumbi num. XXXVI. Ferri num. XXVIII. Mineralia media & Metallis affinia num. LXXXV. Scoriæ num. IV. Salia num. XXVI. Bitumina & Sulphura num. XLVIII. Terræ ſigillatæ & Medicinales num. LXIII. Quibus jungendæ Urnæ variæ ſepulchrales Sileſiacæ prc. Maslenſes & Lignicenſes, item aliæ prope Wittembergam & in Polonia erutæ.

Dn. Godofredii Aldii, Pannorum Inſpectoris Cæſarei in Sileſia, Collectio Mineralium eſt ſeqq.

Ex *Auri* mineris ſunt ſpectabiles V. ex Tranſylvania, item alia Bozenſis, Cremnicenſis & Schemnicenſis, alia Bohemica, alia Moſcovitica.

Ex

Ex mineris *Argentiferis* criſpatis, capillaribus, aſperis, rudibus ſui coloris, rubris, nigris, cinereis, albis num. XL. ut Peruanæ, Norwegicæ, Hungaricæ, Bohemicæ, Moravicæ, Sileſiacæ, Miſnicæ, Thuringicæ; ubi minera Peruana Hiſpanis Aranna dicta, ex meris filis ſubtiliſſimis compoſita maxime notabilis, item rubra Vallis Joachimicæ, ubi teſſellulæ rubræ cryſtallo albo inſperſæ.

Ex *Stanni* Mineris num. V. ubi rariſſima Malaccenſis, & alia Anglica Cornubienſis conſpicua.

Ex *Plumbi* mineris num. XXXV. ut: Suecicæ, Polonicæ, Bohemicæ, Moravicæ, Sileſiacæ, Miſnicæ, Tyrolenſes, Palatinæ, ex montibus Hercyniæ, it. Anglicæ, præc. raritate ſe commendat minera plumbi ex monte Ararath, item alia alba Georgenſtadienſis, alia Schwartzbergenſis Bohemica, alia Bleyſtadienſis ejuſdem Regni alba, ex meris tubulis compoſita.

Ex mineris *Æris* num. XL. ut: Hungaricæ, Tyrolenſes, Bohemicæ, Sileſiacæ, Moravicæ, Miſnicæ, Thuringicæ, Sueciæ, Norwegicæ, & aliæ Sylvæ Hercyniæ, Moſcoviæ & Sibericæ, ubi minera Norwegica & alia Schwartzburgica variis coloribus, item alia Tyrolenſis maxima colore viridi & cœruleo variegata.

Ex mineris *Ferri* num XL. elegantiſſimæ, ut: Suecicæ, Saxonicæ, Sileſiacæ, Hungaricæ, Bohemicæ, Moravicæ, Byruthinæ, it. alia ex Styria.

Ex mineris *Mercurialibus* quædam Mercurio virgineo tument, præc. Schemnicenſis Hungarica.

Ex mineris *Antimonialibus*, Hungarica turrita ejuſmodi non ſæpe occurrit.

Ex mineris *Biſmuthi*, *Cobalti*, *Talci* & aliis mineris metallis affinibus num. XLV. ubi ſingularis pulchritudinis minera Cobalti ex meris cubis albis ſplendentibus compoſita, quæ floribus roſei coloris diſtincta.

Ex *Salibus* num. VI. ubi Sal Vitrioli album lanuginoſum.

Ex

Ex *Terris* Medicinalibus num. XII. prc. Terra Sinenſis Tenſchee dicta.

Ex *Lapidibus figuratis* num. LV. ubi Lapides Dendroides & Ichthyitæ Eyſtädtenſes ſingulari ſunt elegantia &c.

Apud *Dn. Johannem Stenzelium* Linguæ Gallicæ Magiſtrum reperitur Picturarum, a Celeberrimo Regionum Pictore *Bendlero* hic loci expreſſarum Collectio ampla ſatis & copioſa, cum alias ipſius Tabulæ ſingulares & ſeparatæ difficulter, & multo ære vix parabiles ſint.

Conſtat illa pulcherrimis LX. & amplius, quarum pars dimidia admodum magna eſt, Tabulis Regionum, quæ omnia anni tempora & diei, itemque omnes mutationes venti, pluviæ, iridis, nebulæ, nivis, fulguris etc. repræſentant.

Præterea ibidem ſpectandæ proponuntur III. Imagines humanæ, ut unius fœminæ & 2. puerorum a *Burboſio* incomparabili arte pictæ.

Caput ſenile a *Jordano*, & alia ſatis pulchra artis ſpecimina.

PROM-

PROMTVARIVM

RERVM

NATVRALIVM ET ARTIFICIALIVM

QVOD POSSIDET

D. JOH. CHRISTIANVS KVNDMANN.

MEDICVS VRATISLAVIENSIS.

M

Digitized by Google

Digitized by Google

Sectio I.
Regnum Animale.
Claſſis I.

Animalia marina integra, itemque in äere & terris degentia, parteſque ex iis deſumta, aut exſiccata, aut in liquore balſamico conſervata.

A. 1. Abortus humanus unius menſis in liquore balſamico, talem delineavit & deſcripſit *Theodorus Kerckringius* in Anthropogeniæ Ichnographiis quæ reperitur in *Dan. Clerici* & *J. J. Mangeti* Bibliotheca Anatomica Part. IV. Sect. I. Cap. V. pag. 528.

A. 2. Abortus talis II. menſium
A. 3. - - - - - - III. menſium
A. 4. - - - - - - IV. menſium
A. 5. - - - - - - V. menſium
A. 6. - - - - - - VI. menſium
A. 7. - - - - - - VII. menſium
A. 8. - - - - - - VIII. menſium.

Omnium horum delineatio reperitur in *Godefrid. Bidloo* Anatomia humani corporis Tabul. XLVII. figur. III. IV. V. VI. & VII. Abortum humanum cultro anatomico ſubjecit *Olaus Borrichius* in *Thom. Bartholini* Act. Medic. & Philoſophic. Hafnienſibus an. 1673. Obſerv. XLIX. pag. 151. ſeqq.

A. 9. Abortus quinque menſium niger æthiopicus. De nigredine Æthiopum & eorum cauſa, vid. *Joh. Ludov. Hannemanni* Scrutinium nigredinis poſterorum Cham ſive Æthiopum, prc. *Joh. Nicol. Pechlini* de habitu & colore Æthiopum: Anatomen inſtituit id. *Pechlinus* in *Th. Bartholini* Act. Med. & Phil. Hafn. Vol. IV. Obſ. XVII. pag. 50. Multa etiam huc ſpectantia collegit *Andr. Libavius* in Commentatiuncula de duplici Serum gente Æthiopica & Scythica, quæ habetur in ejuſdem Singularium Part. IV. pag. 650.--676.

A. 10. Sceletus abortus octimeſtris albiſſimus. vid. idem *Bidloo* L. C.

Tab. 100. it. *Kerckringius* L. C. Part. IV. Sect. I. Cap. V. Tab. LXII. fig. 1. pag. 123. Conficiendi, & oſſa dealbandi modum docuit *Sim. Pauli* in *Mangeti* Bibliotheca Anatomica Part. VI. Libr. V. pag. 1075. & 1084.

A. 11. Sceletus partus monſtroſi maſculi, una cum gemellis in oppido Militſch An. 1722. nati, inferius usque ad abdomen perfecti, niſi quod viſcera in pectore & caput deficeat, item infra protuberantiam umbiliciformem funiculus peculiaris abdomen penetraverit, & in inteſtinis craſſis ſe terminaverit. Monſtrum hoc deſcr. & delin. in *Bresl. Sammlungen von Natur und Medicin - Geſchichten* XX. Verſuch, Anno 1722. Menſ. Junio Claſſe IV. Artic. XIV. pag. 626. ſeqq. convenit cum delineat. quæ reperitur in *Fortunii Liceti* de Monſtris Libr. in Appendice pag. 303. Monſtra acephala alia del. & deſcr. in *Gaſp. Schotti* Phyſica curioſa Lib. V. Cap. I. pag. 573. ſeqq. in *Ephemerid. Natur. Curioſor.* Decur. I. An. III. Obſerv. CCLXXII. pag. 490. & Dec. II. An. IX. Obſ. CXLVIII. Fig. XXXIV. pag. 258. it. in allegati *Fortunii Liceti* de Monſtris Libr. II. Cap. II. pag. 58. & Cap. XXX. pag. 131. & 132. In *Joh. Binhards* Thüringiſcher Chronica Libr. III. pag. 192. ap. *Joh. Schenckium* Obſ. de Monſtris, pag. 59. Multa huc ſpectantia quoque collegit *Joh. Jacob Wepferus* in Hiſtorica Deſcriptione Puellæ ſine cerebro natæ, quæ reperitur in *Mangeti* Bibliotheca Anatomica Part. III. pag. 339. it. in *Ephemerid. Nat. Curioſ.* Dec. I. An. III. Obſ. CXXIX. pag. 205. ſeqq. Puellam aliam ſine cerebro natam vid. ap. *Nicol. de Blegny* in Zodiaco Medico Gallico An. III. pag. 54. Alium infantem talem XXIV. horas ſuperſtitem ap. *Cornel. Stalpartum van der Wiel* in Centur. Obſervationum Medico-Chirurgico-Anatomicarum rariorum Cent I. Obſ. II. Infantem ſine capite per IV. dies viventem, deſcr. *Joh. Lowthorp*, in Tranſactionibus & Collectionibus Philoſophicis, Vol. III. Part. I. it. *Raygerus* in *Ephemerid. Nat. Curioſ.* Dec. I. An. VIII. Obſ. LXIV. Alius cerebro, item cerebello & medulla ſpinali carens, poſt VI. horas demum decedens, vid. ex *Hiſtoria Academiæ Regiæ Scientiarum* An. 1713. *Acta Eruditor. Lipſienſia* An. 1718. Menſ. Junio pag. 242. It. An. 1724. Menſ. Novembr. pag. 501. ubi puella ſine capite, brachiis, corde, pulmonibus, ventriculo, renibus, inteſtinis tenuibus, hepate, veſicula fellis, liene, pancreate nata mortua, cum alia adhuc viva integra & ſana deſcr. Conf. de Monſtris humanis *Ulyſſ. Aldrovandi* de Monſtris Hiſtoriam, *Jacob Rueffii* Tract. de Conceptu & Generatione hominis Libr. V. Cap. III. fol. 41. ſeqq. it. *Fort. Liceti* & *Caſpar. Schotti* Libr. ſupr. alleg.

A. 12. Monſtri hujus interna viſcera in liquore balſamico, vid. *Breslauiſche Samml. von Natur- und Medicin - Geſchicht.* L. ſupr. cit. pag. 628.

A. 13. Monſtrum hoc ad vivum delineatum.

A. 14. Caput agni monſtroſum. Agnos monſtroſos delin. *Henric. Oldenburgius*

burgius in Actis Societ. Reg. in Angl. An.1667. Menſ. Junio pag.386. Monſtrum aliud agninum vid. in *Th. Bartholini* Act. Med. & Philoſ. Hafn. Vol.III. Obſ.XXVII. pag.58. & Obſ.LX. pag.99. it. Vol.V. Obſ.VI. pag.21.

A. 15. Sceletus muris monſtroſi ex acervo formicarum deſumtus. deſcr. *Georg. Hieron. Velſchius* Obſervat. Phyſico-Medicarum Hecatoſt. I. Obſ. LXXVI. pag.93. De Animalibus monſtroſis alias evolv. *Franc. Hernandez* Rerum Medicar. Nov. Hiſpaniæ ſ. *Joh. Fab. Lynceus* Expoſit. pag.626. *Fortunius Licetus* de Monſtris Lib.I. Cap.IV. pag.15. ſeqq. *Caſp. Schottus* in Phyſica curioſa Libr. V. Cap.III. pag.580. ſeqq. it. *Mich. Bernh. Valentini* Muſ. Muſeor. Part.II. Cap.XXXV. pag.157. ſeqq.

A. 16. Pes Paſſeris monſtroſus, talis deſcrib. in *Joh. Hornungi* Ciſta Medica Epiſt. LXXVII. pag.211. Aves monſtroſas alias del. & deſcr. *Caſp. Schottus* in Phyſica curioſa Part. I. Libr. V. Cap. XXVI. pag.616. ſeqq. *Ulyſſ. Aldrovandus* de Avibus Libr. XIV. Cap. XVII. *Joh. Jac. Leibnitzius* in Deſcript. ſ. Memorabilibus Bibliothecæ Norimbergenſis pag.18. *Thom. Bartholinus* Cent.II. Epiſtol.LXXXVIII. *Ephemerid. Nat. Curioſ.* Dec.II. An.IV. Obſ.XLI. pag.101. *M. B. Valentini* in Muſ. Muſeor. Part. II. Cap.XXXV. pag.158. ſeqq.

A. 17. Corii humani craſſiſſimi pars, ſ. Virginis annoſæ.

A. 18. Cranium humanum, cum Uſnæa cruſtacea, ſive Flos cranii. De comparatione vid. *Ephemer. Nat. Curioſ.* Dec.I. An.II. Obſ. LIII. pag.96. it. *Mich. Bernh. Valentini* Muſ. Muſeor. Part.II. Cap.XXII. pag.94. De Uſu Medico & ſuperſtitioſo vid. *Ol. Wormius* Muſ. Libr.III. Cap.XXVI. pag.342. *Petr. Pomet* im Materialiſten- und Spezerey- Händler Part. II. Cap. I. pag. 470. prc. *Chriſt. Frid. Garmannus* in Oologia curioſa Diſſ.II. §. 103. pag.103. ſeqq.

A. 19. Oſſicula auditus in homine. hæc delin. & deſcr. *Thom. Bartholinus* Epiſtol. Medicinal. Cent.I. Epiſt.LXIII. pag.255. ſeqq. it. in Anatome Lib.IV. Cap. VI. Tab.III. pag.713. *Julius Caſſerius Placentinus* in Tabulis Anatomicis Tab. XII. Libr.X. Fig. VIII. IX. X. & XI. pag.271. it. in Hiſtoria Anatomia de Vocis Auditusque organis, *Phil. Verheyen* in Anatomia corporis humani Tab. XXIII. pag. 410. prc. *Guntherus Chriſtoph. Schellhammerus* & *Joſeph. du Verney* in Tract. de Auditu & ejusdem Organo, qui reperitur in *Dan. Clerici* & *Jac. Mangeti* Bibliotheca Anatomica Part.III. pag.371.--454. *Isbrand. de Diemerbroeck* Operum Anatomicorum & Medicorum Libr. III. Cap. XVIII. Tab. XV. pag. 411. ſeqq. aliique Anatomes ſcriptores.

A. 20. Maxima pars oſſis brachii humani, quæ absque fractura poſt ulcus inveteratum ſeceſſit. vid. *Obſervatio mea in Bresl. Samml. von Natur- und Med. Geſch.* XXIII. Verſ. An.1723. Menſ. Januar. Claſſ. IV. Art. X. pag.99. ſeqq. it. *Ludov. Phil. Thümmiges* merckwürdigſte Begebenheiten der Natur Part. IV.

num.V. pag.312. ſeqq. citant: *Ijbrand. de Diemerbroeck* in Operibus Medicis & Anatomicis, Anatomes de Oſſibus Lib.IV, Cap.I. pag.519. it. *Henr. von Roonhuyſens* Hiſtoriſcher Heil-Kunſt, Part.II. Obſ.IX. pag.217.ſeqq.

A. 21. Os humeri cum cubito, radio & manu ruſtici aliquoties fra-ctum & iterum conſolidatum, ſubſecuta magna excreſcentia car-noſa, vid. *Bresl. Samml. von Natur- und Med. Geſch.* XXVI. Verſ. an.1724. Menſ. Jun. Cl.IV.

A.22. Baſiliſcus vulgo, ſive Draco alter ex Raja exſiccata concinnatus. del. & deſcr. *Georg. Wolffg. Wedelius* in *Ephemerid. Nat. Curioſ.* Dec. I. An. III. pag.202. *Ulyſſ. Aldrovandus* de Piſcibus Libr. III. Cap.XLVIII. pag. 343. *Muſeum Calceolar.* Veronenſe Sect. I. pag.90. *Joh. Jonſtonus* in Hiſtor. Natural. de Serpentibus Lib.I. Tab.XII. pag.36. it. in *Ejusdem* de Piſcibus Tab. X. XI. & XII. *Cornel. Stalpart* van der Wiel Cent. Obſervationum Medico-Chirurgico-Anatomicarum rariorum Cent. II. Obſ. L. *Joh. Henr. Lochnerus* in Muſeo Besleriano Tab.XV, pag.56. Conf. *Chriſtiani Vateri* Phyſiolog. experimental. Sect. VIII. Cap.V. Quæſt. I. pag.753. it. *Mich. Ber. Valentini* Muſ. Muſeor. Part.II. Cap.XXXVI.Tab.XXXI. pag.160. Fabulas ex authoribus de Baſiliſco collegit & refutavit *Melch. Sebizius* de caſu adoleſcentis cujusdam Argentinenſis mirabili, *Wedelius* L. ſupr. c. *Sim. Schultzius* in *Ephem. Nat. Curioſ.* Dec. I. An. III. Obſ. CXC. pag. 359 *Chriſt. Franciſc. Paullini* in der Zeit-kürtzenden erbaul. Luſt Part. III. Them. CXXVIII. prc. *Joh. Ad. Garitz* in *Bresl. Samml. von Nat. u. Med. Geſch.* XVIII. Verſ. An. 1721. Menſ. Oct. Claſſ. IV. Art. V. pag.382. ſeqq. Ex Ovo galli non excludi demonſtr. *Caſp. Bartholinus* in Exercitationibus Miſcellaneis Exercit. II. Serpentem, ſub nomine Baſiliſci coronatam del. & deſcr. *Conrad. Geſnerus* Hiſtor. Animal. Libr.V. qui eſt de Serpentium Natura fol.32. Conf. *Sebizii* Diſſert. paulo ſupra allegatam.

A.23. Piſcis alatus ſ. Hirundo marina. del. & deſcr. in *Rocheforts* Beſchr. der Antillen Inſuln in America Cap.XVI. pag.264. *Joh. Albert. de Mandelsloo* Morgenländiſcher Reiſe Beſchreib. Lib.II. Cap.XIII. pag.106. *Joh. Neuhofii* Beſchreib. des Kayſerthums Sina pag.206. *George Anderſen* Orientaliſch. Reiſe-Beſchreib. pag.181. *Eraſm. Franciſci* Oſt-und Weſt-Ind. Luſt-Garten Part.I pag.31. *Joh. Hug. Linſchbottani* Ind. Oriental. Part.IV. Sect. II. Cap II. pag.92. *Franc. Leguat.* Reiſen nach zvveyen Oſt-Indiſchen Inſuln Part.I. pag.11. *Guil. Piſonis* Hiſtor. Nat. & Medic. Libr. III. fig.II. pag.61. *Jac. Bontii* Hiſt. Nat. & Medic. Libr. V. Cap.XXIV. pag.78. *Joh. Lerii* Hiſtor. Navigat. in Braſil. Cap.III. pag.16 *Parthens* Oſt-Indianiſch. Kriegs-Dienſt. prc. evolvend. *Conr. Geſnerus* Hiſtor. Animal. Libr.IV. qui eſt de piſcium & aquatilium animantium natura pag.514. *Hypolithus Salvianus* in Aquatilium Animal. Hiſt. Hiſtor. LXVII. fol.185. *Guil. Rondeletius* de Piſcibus marinis Part.I. Lib. X. Cap.I. pag.284. *Joh. Jonſtonus* de Piſcibus Libr.I.

Tab.

Tab. XVII. num. VIII. pag. 65. *Ol. Wormius* in Muſeo Libr. III. Cap. X. pag. 266. *Mich. Bernh. Valentini* in Muſ. Muſeor. Part. II. Cap. XXXVII. pag. 162. aliique.

A. 24. Armadillus ſ. Tatou Braſilienſis. del. & deſcr. *Joh. Jonſtonus* de Quadruped. Tab. LXII. pag. 144. *Georg. Marcgravius* in Hiſt. Braſil. Libr. IV. pag. 231. *Guil. Piſo* in Hiſtor. Natural. & Medic. Lib. VI. pag. 101. *Joh. de Laet.* in Novo Orbe ſ. Americæ utriusque Deſcript. Lib. V. Cap. V. pag. 552. *Ol. Wormius* in Muſeo Lib. III. Cap. XXIII. pag. 335. *Ad. Olearius* in Gottorphiſch. Kunſt-Kammer Tab. VI. pag. 7. *Joh. Henr. Lochnerus* in Muſ. Besler. Tab. IX. pag. 40. De virtute ſingulari Medica, vid. *Caſp. Barlæus* de Reb. geſt. ſub Comit. Mauritio in Braſilia pag. 369. Meras fabulas eſſe aſſerit, *Fr. Redi* in Experimentis circa res diverſas naturales, ſpeciatim illas, quæ ex Indiis adferuntur.

A. 25. Hippocampus Indiæ Orientalis major. del. & deſcr. *Conr. Geſnerus* Hiſtor. Animal. Libr. IV. pag. 491. it. *Ad. Olearius* in der Gottorpiſch. Kunſt-Kam. Tab. XXVI. num. IV. pag. 48.

A. 26. Hippocampus ex mari Mediterraneo minor; convenit cum del. & deſcript. *Joh. Jonſtoni* Hiſtor. Natural. de Inſect. Libr. IV. Tab. XXVI. Cap. III. pag. 199. *Guil. Rondeletii* de Piſcibus marin. Part. II. Lib. II. Cap. III. pag. 108. *Joh. Pomet* in Mater. und Specerey-Händl. Tab. LXII. fig. 374. pag. 589. it. *Mich. Bern. Valentini* Muſ. Muſeor. Part. I. Cap. XXIV. pag. 470.

A. 27. Echinus marinus ſ. Carduus maris aculeis albis minutiſſimis conſpicuus. accedit ad delineat. *Conrad. Geſneri* Hiſtor. Animal. Libr. IV. pag. 416. it. *Joh. Lochneri* Muſ. Beslerian. Tab. XXII. it. Guil. Rondeletii de Piſcibus Marinis Part. I. Lib. XV. Cap. XXX. pag. 579.

A. 28. Echinus marinus maximus rutilus, aculeis minutiſſimis armatus, ſimulque aculeorum veſtigia demonſtrans.

A. 29. Echinus eſculentus tuberculoſus cinereus paulo minor ſpinis carens. Del. & deſcr. *Mart. Liſterus* in Hiſtor. Animal. Angliæ Tab. III. num. 18. pag. 169. it. *Georg. Everh. Rumphius* Amboinſch. Rarit. Kam. Tab. XXIII. Lit. B. fol. 30.

A. 30. Echinus marinus maximus papilloſus elegantiſſ. id. *Rumphius* Amb. Rarit. Kam. Tab. XIV. Lit. B. fol. 32.

A. 31. Echini marini albi papilloſi ſpecimen minimum.

A. 32. Echinus marinus albus minor, aculeorum veſtigiis parum aut nihil eminentibus. talem delineav. *Lochnerus* in Muſ. Beslerian. Tab. XXII.

A. 33. Echinus marinus coloris fuſci minor, ſ. Caſtanea marina ſpoliata

liata ſpinis. del. in *Rochefort* Beſchr. der Antillen-Inſuln Cap. XIX. num. XIII. pag. 335. it. in *Olearii* Gottorpiſch. Kunſt Kam. Tab. XXX. num. 1. & 2. pag. 57.

A. 34. & 35. Echini marini aculeis orbati interior mira facies, tam papilloſi, quam tuberculoſi. del. in *Ephem. Nat. Curioſ.* Dec. II. An. VIII. pag. 119. fig. 9.

A. 36. Echinus integer marinus aculeis totus horridus. del. & deſcr. *Phil. Bonannus* in Recreatione mentis & oculi Part. II. Claſſ. I. num. 17. pag. 92. prc. *Joh. Jonſtonus* de Exangvibus Tab. XII. & XIII. pag. 51.

A. 37. Echinometra ſ. Echinus marinus digitatus elegantis ſtructuræ, quinis lineis undulatis, quæ parvis foraminulis diſſecantur, æqualiter a vertice ad baſin usque procedentibus, ubi ſpatia papillis ſupereminentibus adimpleta. del. & deſcr. *Phil. Bonannus* in Recreat. ment. & oculi, Part. II. Claſſ. II. num. 18. pag. 92. *Ad. Olearius* in Gottorp. Kunſt. Kam. Tab. XXX. num. I. pag. 17. it. *Georg. Everh. Rumphius* Amboinſch. Rarit. Kam. Tab. XIII. num. 3. De ineffabili copia in mari Adriatico & Tyrrheno, it. de uſu medicamentoſo, vid. *Franciſc. Placentia* Mare Ægeum redivivum pag. 56.

A. 38. Echinus ſulcatus, cranio humano ſimilis. conven. cum delin. ap. *Valentinum* in Muſ. Muſeor. Part. II. Tab. III. Cap. II. fig. 7.

A. 39. Echinometra plana ſtellata diſcoidæa. vid. *Liſteri* Hiſtor. Animal. Angliæ pag. 21. ſ. Echinus planus ſtellatus *Rumphii* Amboinſch. Rarit. Kam. Tab. XIV. Lit. E. pag. 36.

A. 40. 41. Aculei Echinometræ digitatæ purpurei coloris & cinerei, in apice faſciis albis cincti, inferius fovea notati. Echinus deſcr. & delin. ap. *Phil. Bonannum* in Recreat. ment. & ocul. Part. II. num. 9. pag. 92. & ap. *Georg. Everh. Rumphium* Amb. Rarit. Kam. Tab. XIII. num. 1. & 2. pag. 35. Pedes vel aculei itid. in *Rumphii* Amb. Rar. Kam. Tab. XIII. Lit. D. & in *Ephem. Nat. Curioſor.* Dec. II. An. I. & II. Tab. III. pag. 56.

A. 42. Pedes ſ. Aculei Echinometræ Pelagii Ariſtotelis, inferius fovea notati petrefacti, ubi papillis Echini marini adhæſerunt. del. cum Echino *Phil. Bonannus* in Recr. ment. & Ocul. Part. II. Claſſ. II. num. 17. pag. 92. *Rumphius* Amboinſch. Rar. Kam. Tab. XIII. Lit. E. num. 3. & 4. pag. 30. totum vero cum aculeis in lapidem mutatum del. *Ferrand. Imperatus* Hiſtor. Natural. Lib. XXIV. Cap. XXVI. pag. 759.

A. 43. Os cum dentibus Echini marini, coronam Imperialem repræſentans, ſec. del. & deſcr. ſæpius citati *Rumphii* Amb. Rar. Kam. Tab. XIII. Lit. A. pag. 30. Batavis: Opegaande Zee-Tulpen. vid. *Wil. d' Orville* Catalogus van Ka-

Kabinet pag. 25. Cum Echino deſcr. *Conr. Geſnerus* de Aquatilibus Libr. IV. pag. 416. it. *Gaſp. Schottus* in Phyſica curioſa Lib. X. Cap. XV. pag. 1115. prc. *Phil. Bonannus* in Recreat. ment. & ocul. Part. III. Problem. XXIX. pag. 244. ſeqq.

A. 44. Acus marina. del. & deſcr. in *Conr. Geſneri* Hiſtor. Animal. Libr. IV. pag. 11. *Guil. Rondeletii* de Piſcibus Marinis Part. I. Lib. VIII. Cap. IV. pag. 229. *Ulyſſ. Aldrovandi* de Piſcibus Lib. I. Cap. XXII. pag. 105. *Joh. Jonſtoni* de Piſcibus Tab. XV. num. 14. pag. 56. *Ol. Wormii* Muſ. Libr. III. Cap. X. pag. 266. *Ad. Olearii* Gottorp. Kunſt-Kam. Tab. VIII. num. V. pag. 8. *Gaſp. Schotti* Phyſica curioſa, Lib. X. cap. II. pag. 1053. Anatomen iſtituit *Ol. Borrichius* in *Th. Bartholini* Act. Hafnienſ. An. 1673. Obſ. XXXVIII. pag. 149. ſeqq.

A. 45. Scolopendra Aldrovandi Indiæ Orientalis ſ. Regionis Coromandel. vid. ejusdem de Inſectis Animalib. Libr. V. Cap. XV. pag. 635. it. *Conr. Geſnerus* Hiſt. Animal. Libr. IV. pag. 1009. & *Guil. Rondeletius* de Piſcibus Marinis Part. II. quæ eſt univerſa Aquatilium Hiſtoria Lib. II. Cap. III. pag. 108. Sive *Hippocampus Mouſetti* & *Jonſtoni* Hiſt. Nat. de Inſect. Libr. IV. Tab. XXVI. pag. 198. De ſumma virulentia vid. *Georg. Anderſen* Oriental. Reis. Lib. I. Cap. XVIII. pag. 25. it. Libr. II. Cap. XV. pag. 76. *Rochefort* Beſchr. der Antillen Inſuln Cap. XIV. pag. 228. *Wilh. Boſmanns* Reiſe nach Guinea pag. 236. it. *Guil. Piſonis* Hiſtor. Natural. & Medic. Ind. Occidental. Libr. V. pag. 286. Per microſcopium examinavit *Ant. de Leeuwenhoek* in Continuatione Epiſtolarum ad Reg. Soc. Londinenſem datarum Epiſt. VII. pag. 91. it. in Anatomia beneficio microſcopiorum detecta Tab. CII. fig. XI. Sect. I. pag. 111.

A. 46. Cauda echinata maxima Rajæ piſcis. vid. prc. *Joh. Jonſtonus* de Piſcibus Libr. I. punct. IV. Tab. X. XI. & XII. pag. 33. *Hyppolitus Salvianus* in Aquatil. Animal. Hiſtoria, Hiſt. XLIX. fol. 149. it. Authores qui ſupra de Baſiliſco; Anatomen Rajæ vid. in *Nic. Stenonis* Specim. Obſervation. de Muſculis & Glandulis in fine.

A. 47. Cataphractus parvus deſcr. & del. *Stephan. a Schoenfeld* in Ichthyologia pag. 30. it. *Joh. Jonſtonus* de Piſcibus Tab. XLVI. num. 5.

A. 48. Teſtudo Braſilienſis marina minima, pedibus pinnatis. del. & deſcr. ap. *Joh. Jonſtonum* de Exangvibus Tab. VIII. num. VIII. it. in Valentini Muſeo Muſeor. Part. I. Libr. III. Cap. XXXI. pag. 485. Multo major, in *Joh. Henr. Lochneri* Muſeo Beslerian. Tab. XVI. pag. 60. *Petr. Pomet.* Material. u. Spezer. Händl. Part. II. Tab. LXIII. fig. 377. pag. 595. *Rochefort* Beſchr. der Antill. Inſuln Cap. XX. num. 2. pag. 353. ſeqq. *Leguat* Reiſen nach zvveyen Oſt-Indiſchen Inſuln Part. II.

A. 49. Tegumentum Teſtudinis Braſilienſis terreſtris ſtellatum. conven. cum delin. ap. *Conr. Geſnerum* Hiſtor. Animal. Libr. II. qui eſt de Quadrupe-

N

drupedibus oviparis pag. 113. deſcr. & del. in *Guil. Piſonis* Hiſtor. Natural & Medic. Libr. III. pag. 105. in *Eraſm. Franciſci* Oſt-und Weſt-Indiſchen Luſt-Garten Part. I. Tab. X. num. 6. pag. 335. *Joh. Henr. Seyfridii* Medulla mirabilium Naturæ Libr. II. Cap. II. pag. 564. & 567. *Ol. Wormii* Muſeo Libr. III. Cap. XXIII. pag. 516.

A. 50. Sceletus Teſtudinis vulgaris aquaticæ. del. & deſcr. in *Ephem. Nat. Curioſ.* Dec. I. An. IV. & V. Obſerv. CLXXXIII. pag. 240.

A. 51. Serra piſcis, roſtro dentibus ſ. ſpinis XXVIII. ab utroque latere munitus. del. & deſcr. præter *Aldrovandum, Jonſtonum* Hiſt. Nat. de Piſcibus & Cetis Tab. XLIV. p. 220. *Geſnerum* Hiſtor. Animal Libr. IV. pag. 856. *Carolus Cluſius* Exoticor. Libr. VI. Cap. XIX. pag. 135. *Ad. Olearius* Gottorpiſch. Kunſt Kim. Tab. XXV. num. I. pag. 38. *Ol. Wormius* in Muſeo Libr. III. Cap XV. pag. 288. *Frid. Martens* in der Spitzbergiſch. oder Grœnländiſch. Reiſe-Beſch. Cap. VI. num. VII. pag. 95. *Guil. Piſo* Hiſt. Nat. & Medic. Ind. Occidental. Libr. III. pag. 54. *Mich. Bernh. Valentini* Muſ. Muſeor. Part. I. Libr. III. Cap. XXXIII. pag. 490. *Claud. du Molinet* dans le Cabinet de la Bibliotheque de St. Genevieve Part. II. Tab. III. prc. *Hannæus in Eph. Nat. Curioſ.* Dec. II. An. VIII. Obſ. CVII. it. *Joh. Henr. Lochnerus* in Muſ. Beſl. Tab. XXVII. pag. 63. ubi plures ſimul Authores nominantur.

A. 52. Radii ſerrati Paſtinacæ marinæ. deſcr. in *Guil. Rondeletii* de Piſcibus Marin. Part. I. Libr. XII. Cap. I. pag. 331. *Muſeo Calceolar.* Sect. I. pag. 92. it. in *Gaſp. Schotti* Phyſica curioſa Libr. X. Cap. XXXVI. pag. 1138. De Summa virulentia vid. *Eraſm. Franciſci* Oſt-und Weſt-Ind. Luſt-Garten Part. II. pag. 986.

A. 53. 54. Pilæ marinæ & ſtagnatiles diverſorum colorum & magnitudinis. vid. *Ol. Wormius* in Muſeo Libr. II. Cap. II. pag. 139. prc. *Joh. Math. Faber* de Pilæ marinæ Anatome Bontandlog. in *Miſcell. Nat. Curioſ.* Dec. II. An. I. Obſ. XIV. pag. 32. it. An. X. pag. 197. Conf. Dec. III. An. I. pag. 313. it. *Georg. Hier. Velſchii* Obſerv. Phyſic. Medic. Hecatoſt. I. Obſ. XVIII. pag. 29.

A. 55. Nairix rubra maxima in rene lupi, cum aliis reperta. deſcr. in *Breſl. Samml. von Nat. und Med. Geſch.* XIV. Verſ. An. 1720. Menſ. Nov. Claſſ. IV. Art. VI. pag. 544. ſeqq. conven. cum delineat. Amphisbænæ in *Piſonis* Comment. ſupra *Jac. Bontii* Hiſtor. Natural. Libr. V. cap. XXIII. pag. 77. & *Joh. Jonſtoni* de Serpentibus Tab. IV. pag. 21.

A. 56. Natrix rubetaria ex montibus Riphæis.

A. 57. Aſpis Ægyptiaca ſ. Angvis Æſculapii albus, ſquamulis rotundis rubris in dorſo conſpicuis.

A. 58. Angvis Æſculapii niger, ſquamulis rotundis albis ita diſpoſitis, ibidem frequens.

A. 59

A. 59. Zicatlinan ſ. Mater formicarum, ſerpens Indiæ Orientalis, circulis albis & nigris alternatim cincta, del. in *Ad. Olearii* Gottorp. Kunſt-Kam. Tab. XI. num. I. pag. 16.

A. 60. Cœcilia marina nigra capite rubro punctato, in Guinea frequens. vid. *Georg. Everh. Rumphii* Amb. Rar. Kam. Libr. I. Cap. XXXVIII. pag. 45.

A. 61. Serpens nigra Indiæ Oriental. maculis oblongis albis notata.

A. 62. Serpens minima albicans, in dorſo punctulis fuſcis oblongis inſignita.

A. 63. Serpens Americana elegantiſſima, ſquamulis in dorſo albis & nigris alternantibus.

A. 64. Serpens perexigua, quæ capta prope Vratiſlaviam ranam maximam, & triplo latiorem, vel craſſiorem evomuit, cum rana. vid. *Obſervatio mea* in *Breſl. Nat. u. Medic. Geſch.* XXI. Verſ. An. 1722. Menſ. Jul. Claſſ. IV. Art. V. pag. 67.

A. 65. Serpens talis ſingularis magnitudinis ex montibus Giganteis.

A. 66. Exuvia ſerpentis longiſſima Americana, ubi tota pellis ſquamis tecta pulchre diſpoſitis, & dorſum a capite ad extremam caudam continuo ordine ſecundum longitudinem nigricantibus quaſi clypeiformibus maculis ornata. deſcripſi in *Breſl. Samml.* XX. Verſ. An. 1722. Cl. IV. Art. V. pag. 69. Serpentem ejusmodi delin. & deſcr. *Carol. Cluſius* Exoticor. Libr. V. Cap. XVIII. pag. 113. it. Curar. Poſterior. pag. 66. *Adam. Olearius* in Gottorpiſch. Kunſt-Kam. Tab. XI. pag. 17. Exuviam *Ol. Wormius* in Muſ. Libr. III. Cap. IX. pag. 263. *Joh. Henr. Lochnerus* Muſ. Beslerian. Tab. XIV. pag. 53. *Andr. Cleyerus* in *Ephem. Nat. Curioſ.* Dec. II. An. II. Obſ. VII. pag. 18. Maximas ſerpentes Indiæ Orientalis & Occidentalis, oves, homines, cervos, imo boves deglutientes deſcr. *Phil. Baldæus* in Beſchreib. der Küſten Malabar und Coromandel pag. 426. prc. *Job. Ludolfus* Hiſtor. Æthiopic. Lib. I. Cap. XIII. *Athanaſ. Kircherus* Chin. illuſtrat. Part. IV. Cap. X. pag. 202. & 203. *Georg. Hier. Velſchius* de Vena Medinenſi pag. 214. *Philipp. a St. Trinitate* in Oriental. Reiſe-Beſchr. Libr. VII. Cap. IV. *Philip. Pigafetta* in Deſcript. Regn. African. Part. I. Cap. XI. pag. 23. *Franciſc. Leguat.* in Reiſen nach zvvey unbevvohnten Inſuln Part. II. pag. 300. *Wilh. Boſſmanns* Reiſen nach Guinea Epiſt. XVII. pag. 368. *Chriſt. Franc. Paullini* in der Zeit-kürtzenden erbaul. Luſt Part. II. Them. XCIX. Omnem fidem ſuperant, quæ annotavit de portentoſis Serpentibus ex *Ol. Magni* Libr. XXI. Cap. XLIII. *Conr. Geſnerus* Hiſtor. Animal. Libr. IV. qui eſt de Piſcium & Aquatilium Animantium Natura pag. 1040. & Libr. V. fol. 70. it. *Gaſp. Schottus* in Phyſica curioſa in Append. Cap. VI. §. 3. pag. 1169. Conf. *Obſervationem meam in Breſl. Samml.*

von Nat. u. Med. Geſch. XXI. Verſ. An. 1722. Menſ. Jul. Claſſ. IV. Art. V. pag. 66. ſeqq.

A. 67. Cœcilia Geſneri coloris flaveſcentis. del. *Ferrand. Imperatus* Hiſt. Natural. Libr. XXVIII. pag. 916.

A. 68. Vipera Americana longisſima cinerea, colore nigro faſciata.

A. 69. Vipera Italiæ, ex quibus Trochiſci ibidem conficiuntur. Hanc cum Trochiſcis del. & deſcr. ex *Petr. Pometii* Material. und Specerey-Händl. Part. II. Cap. XXVII. Tab. LIX. fig. 361. - 364. pag. 360. ſeqq. *Mich. Bernh. Valentini* in Muſ. Muſeor. Part. I. Lib. III. Capit. XXXIX. pag. 504. pracip. *Marcus Aurel. Severinus* in eleganti opere, de Viperæ Natura, Veneno, Medicina, it. *Baldus Angelus Abbatius* de admirabil. Viperæ Natura, & de mirificis ejusdem facultatibus: Varia experimenta cum Viperis inſtituit *Moyſes Charas* in Continuatione novorum experimentorum circa viperas, una cum Diſſertatione de earum veneno, it. *Bourdelot* in Judicio & Obſervationibus circa Viperas, Gallice ſcript. & *Franc. Redi* in Experimentis circa res diverſas naturales, ſpeciatim illas, quæ ex Indiis adferuntur in fine, it. in Obſervationibus de Viperis; Anatomen inſtituit *Oliger. Jacobæus* in *Th. Bartholini* Act. Medicis & Phil. Hafn. Vol. V. Obſ. C. pag. 266. it. *Edoard. Tyſſon* in Viperæ caudiſonæ Anatomia. Fabulas de Vipera collegit *Phil. Jac. Sachs a Lewenheimb* Gammarologiæ Cap. II. §. 7. pag. 25. De Congreſſu & Partu fabuloſo & vero multa reper. in *Gothofred. Voigtii* Curioſitatibus Phyſicis Cap. IV. pag. 108. - 157. De vano uſu in Medicina vid. *Obſervatio mea in Bresl. Samml. von Natur und Medic. Geſch.* XXI. Verſ. An. 1722. Menſ. Jul. Claſſ. IV. Art. V. pag. 74.

A. 70. Ova Viperæ Italiæ botryformia.

A. 71. Serpentum diverſimode variegatarum non vulgarium X. diverſæ adhuc ſpecies. De his evolv. *Ulyſſ. Adrovandus* in Hiſt. Serpent. & Dracon. *Conrad. Geſnerus* Hiſt. Animal. Libr. V. qui eſt de Serpentium Natura, *Joh. Jonſtonus* in Hiſt. Natural. de Serpentibus, *Guil. Piſo* in Hiſt. Nat. & Medic. Ind. Occidental. Libr. V. Cap. VIII. pag. 274. - 281. Conf. de Serpentum differentiis, ſenecta, partibus, ſenſibus, veneno, ejusque remedio, *Wolffg. Franzii* Hiſtor. Animal. Part. IV. Cap. I.

A. 72. Coronæ Serpentum vulgo, ſ. Pars Chelæ Squillæ arenariæ Indiæ Orientalis. del. & deſcr. cum Squilla *Ulyſſ. Aldrovandus* de Animalibus exangvibus Libr. II. pag. 159. *Phil. Jac. Sachs a Lewenheimb* Gammarol. Cap. XIV. §. 15. pag. 304. *Mich. Bernh. Valentini* in Muſ. Muſeor. Tom. I. Cap. XXXV. pag. 494. S. Squillæ lutariæ Moddermans *Rumphii* Amb. Rar. Kam. Tab. III. Lit. E. fol. 6.

A. 73.

9. Dendrita in lapide fiſſili albo Anglicanus, cum Rubia anguſtifolia ſylveſtri (S 424.) conven. cum delineat. quam dedit *Georgius Ant. Volckmann* Sileſ. Subterr. Part.I. Cap.IV. Tab.XV. num.3. pag.112. ſ. cum Gallio albo vulgari & facie arundinea ſtriata ap. *Joh. Jac. Sheuchzerum* Herbar. Diluv. Tab.IV. num.1. pag.19.

10. Dendrita ſ. Aſphodeli folium ſtriatum & petrefactum (S.384.)

11. Dendrita ſ. Lapis fisſilis Manebachenſis, Ducatus Saxo-Gothani in Thuringia niger, cum Filice ramoſa & punctis impresſis, ſeminum rudimenta indicantibus (S. 332.) deſcr. ex *G. F. Mylii* Memorabil. Saxon. Subterr. Part.I. Rel.IV. pag.17. *Mich. Bernh. Valentini* in Muſeo Muſeor. Part.II. Libr.I. Cap.V. pag.32.

12. Dendrita ſ. Filix mas folio dentato, ex fodinis carbonariis Wettinenſibus prope Halam Magd. (S.421.) Similes del. & deſcr. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Herb. Diluv. Tab.II. Fig.III. pag.17.

13. Dendrita cinereus ex fodinis Lithanthracum ad pagum Altwaſſer, duobus a Svidnicio milliaribus, cum Fumaria officinarum Bauhini, cui multum ſimul ſtraminis nigri compreſſi ineſt (S.216) Accedere videtur ad Iconem ratione ſtraminis geniculati ap. *Joh. Jac. Scheuchzerum* in Herbar. Diluvian. Tab.III. Fig.IV. pag.19. Fumariam vero hanc noſtram del. *Georg. Ant. Volckmann* in Sileſ. Subt. Tab.XIV. Fig.2. pag.111. Conf. *Leonh. Dav. Hermanni* Masl. pag.203.

14. Dendrita talis cum arundine, ſecundum *Volckmannum* ſaccharina anticulata (S. 423.) del. & deſcr. in Sileſ. Subterr. Tab.XIII. fig.7. pag. 110.

15. Dendrita ibidem erutus cum Pinu ſylveſtri Tabernæmontani (S.425.) del. & deſcr. ſæpius allegatus *Volckmannus* L. C. Tab.XIV. num. 4. pag.111.

16. Dendritæ tabula maxima colore albo & rubro variegata elegantiſſima, in quo Filix ramoſa mas, pinnulis obtuſius mucronatis & folia Aſphodeli exacte ita impreſſa, ut in lapidis parte altera præmine-

mineant, in altera vero inſtar moduli excaventur, Conradswaldauenſis Sileſiæ prope Landſhuttum (S 215.) del. & deſcr. id. *Volckmannus* L.C. Cap.IV. pag.106. § 28. Tab.XI. num.2. & 3.

17. Dendrita cinereus ſ. Apium montanum ampliori folio Anglicanum (S.67.) de Anglicanorum in carbonariis maxima copia vid. *Guiliel.Camdenus* in Britannia pag.692.

18. Dendrita ſ. Excreſcentia Cynosbatos elegans tota, cum foliis multis, topho ſubrubro duriſſimo incruſtata (S.534.)

De *Dendritis* ex Diluvio univerſali remanentibus vid. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Herbario Diluv. Tab.I. num.3.4.7. Tab.II. num.8. Tab.III. num.3.8. Tab.IV. num. 5.10. Tab.XXII. it. *Ejusdem* Meteorol. & Oryctograph. Helvet. pag.203. Conf. *Scheuchzeri* Epiſtol. ad *Lochnerum*, quæ reperitur in *Ephem. Nat. Curioſ.* Dec.III. An.V. & VI. in Append. pag.78. vid. quoque *G. F. Mylius* in Memorab. Saxon. Subt. Part.I. Rel.III. pag.24. *D. S. Büttnerus* in Ruder. Diluv. Teſt. §.121. pag. 192. prc. *Georg. Ant. Volckmannus* Sil. Subt. Libr.I. Cap.IV. §.29. pag.106.--114. Tab.XI. XII. XIII. XIV. XV.

19. Elatites ſ. Fruſtum Ligni abiegni petrefactum, in quo color & fibræ exacte adhuc diſcerni poſſunt prope Caſſelium (S.104.) del. & deſcr. *Conrad. Geſnerus* de rerum foſſilium, lapidum & gemmarum figuris fol.125. *Ol. Wormius* in Muſ. Lib.I. Cap.XIII. pag.89. *Ferrand. Imperatus* Hiſt. Natural. Lib.XXIV. pag.752.ſeqq. *Georg. Andr. Helwing* in Lithograph. Angerb. Part.I. Cap.VI. Claſſ.I. Sect II. pag.41. Tab.II. num.6. nominatur ap. *Scheuchzerum* in Appendice Herbarii Diluvian. num.575. pag.109. Modum petrificandi demonſtravit *Joh. Jac. Liebknecht* in Diſcurſu de Diluvio maximo occaſione inventi in mineram ferri mutati ligni.

20. 21. Fungitæ Maslenſes majores & minores tophacei, pileati, favaginoſi & alii (S.29.) del. & deſcr. *Leonh. Dav. Hermann* in Maslograph. Part.II. Cap.IX. pag.219. Tab.XI. num.1.--6. *Georg. Ant. Volckmann* Sileſ. Subterr. Cap.IV. §.70. pag. 137. Tab.XXIV. & XXV. Conf. *Ul. Aldrovandi* Muſ. Metallic. Libr.IV. pag.495.ſeqq.

22. Fungitæ petroſi Angerburgenſes naturalibus fungis colore ſimiles (S.400.) del. & deſcr. *Georg. Andr. Helwing* in Lithograph. Angerburg. Part.I. Cap.IV. Claſſ.I. Sect.II. pag.40. Tab.II. num.2. Alios delin. & deſcripſ. *Ul. Aldrovandus* in Muſ. Metallic. Libr.IV. pag.495. Muſeum *Calceolarian.* Sect. III. pag.417. *Car. Nic. Langius* in Hiſtor. Lap. Figurat. Helvet. Part.II. Libr.III. Cap.II. Tab.XII. pag.52. prc. *Joh. Henr. Lochnerus* in Muſeo Besleriano Tab.XL. pag.110.ſeqq.

23. Gra-

23. Gramen Tartaro rubro totum incruſtatum ex Thermis Carolinis (S.290.)

24. Clethrites ſ. Lignum Alni poſt 200. & ſupra annos incorruptibile, ex metallifodinis Sylvæ Hercyniæ erutum. (S.352.) De ligno tali in lapidem indurato vid. *Georg. Andr. Helwing* in Lithograph. Angerburg. Part.II. Sect.II. Cap.II. §.6. pag 101. it. *Eraſm. Franciſci* in Oſt-und Weſt-Indiſch. Luſt.Garten Part.I. pag.133.

25. Lignum foſſile nigrum Diebenſe ad Muldam Alumine prægnans, 3. leucis a Lipſia (ubi ſitus loci & aliæ circumſtantiæ oſtendunt, non a particulari inundatione hoc lignum deduci poſſe) (S 432.) vid. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Muſeo Diluviano pag.9. num.125.

26. Lignum foſſile bituminoſum, ſeu Matrix Succini Hartmanni ſine, & cum Vitriolo, ex littore maris Baltici (T.96.) deſcr. *Georg. Andr. Helwing* in Lithograph. Angerburg. Part.II, Cap.V. §.7. p.74. it. *unſere Samml. von Natur. und Medic. Geſchicht.* V. Verſ. An.1718. Menſ. Jul. Claſſ.IV. Art.XII. pag.1397.

27. Lithoxylon argentei ſplendoris ſ. Argyroplites Aldrovandi in Svecia prope Portum Caroli frequens (S.137.) vid. *Ejusdem* Muſ. Metall. Libr.I. pag.86.

28. Lithoxylon ſ. Lignum petrefactum Landishuttenſe ex monte Pörſulano vulgo Trinck-Tobis dicto (S.141.)

29. Lithoxylon late ſtriatum, ibidem ex monte Kirchberg erutum (S.139)

30. Lithoxylon lineis rectis & transverſis cancellatum (S.438.)

31. Lithoxylon denſe ſtriatum & nodoſum ejusdem loci (S.328.)

32. Lithoxylon ita ſtriatum non nodoſum (S.140.)

33. Lithoxylon ſtriatum per matricem lapideam tranſiens (S.391.)

34. Lithoxylon ſtriis minutiſſimis inſignitum (S. 386.)

35. Lithoxylon matrici lapideæ firmiter connexum (S.392.)

36. Lithoxylon Landishuttenſe cortice ſuo adhuc veſtitum (S.393.)

37. Lithoxylon aliud ſtriatum & articulatum prope Lubecam ad pagum Behlendorff, 3. mill. a Lubeca (S.142.)

38. Lithoxylon fiſtuloſum cum radicibus (S.134) conven. cum delineat. ap. *Ferrand. Imperatum* Hiſtor. Natural. Lib.XXIV. pag.758. & Virgultis petrificatis ap. *Car. Nic. Langium* in Hiſt. Lapid. Figurat. Helvet. Part.II. Libr. III. Cap.II. Tab.XIV. pag.53.

39. Lithoxylon ſ. Arundinites ſtriatus & nodoſus *Aldrovandi* (S.135.) vid. Muſ. Metall. Lib.IV. num.2. pag.854.

40. Lithoxylon in quo cortices evidentiſſimi ex montibus arenariis Querfurtenſibus (S.523.)

41. 42. 43. Lithoxylon nodoſum, it. aliud cum rudimentis ramorum (S.135. 136. 137.) Ligna hæc petrefacta Landishuttenſia del. & deſcr. *Georg. Ant. Volckmann* in Sileſ. Subterr. Cap.IV. Tab VII. VIII. IX. & X. pag.92 ſeqq.

Cæterum de *Lignis* aliis in lapidem mutatis jam dudum peculiaris Liber Italico ſermone prodiit, cui Titulus *Franciſ. Stelluti* Trattato del Legno foſſile minerale nouvamente ſcoperto nel quale brevemente ſi accenna la varia & mutabil natura di detto legno, qui in Latinam lingvam translatus & Ephemerid. *Nat. Curioſor.* Dec. I. An.III. pag.606. Appendicis loci annexus; Cui jungendi *Joh. Jac. Beckmannus* in Hiſtor. Orbis Terrarum Geograph. & Civil. *Car. Nic. Langius* in Hiſtor. Lapid. Figur. Helvet. Part.II. Libr.III. Cap.II. Tab.XV. pag.54. *D. S. Büttnerus* in Rud. Diluv. Teſt. pag.187.ſeqq. *Joh. Guil. Bajerus* in Foſſil. Diluv. univerſal. Monument. §.3. pag.5.ſeqq. prc. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Herbar. Diluv. pag. 40.ſeqq. Originem lignorum in lapidem mutatorum demonſtr. *Athan. Kircherus* in Mund. Subterr. Tom.II. Libr.VIII. Sect.III. pag.66. *Joach. Billinger* de Bitumine & ligno Foſſil. *Henr. Oldenburgius* in Act. Soc. Reg. in Angl. An.1665. it. *Joh. Jac. Bajerus* in Oryctograph. Norica Cap.VI. pag.53. *Bresl. Samml. von Nat. und Medic. Geſch.* IX. Verſ. An. 1719. Menſ. Sept. Claſſ.IV. Art.X. pag.359.ſeqq. De ſitu ſingulari vid. *Mart. Schookius* de Turfis pag 90. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Herbar. Diluv. pag.41. Conf. *Mich. Bernh. Valentini* Muſ. Muſeor. Part.II. Cap. IV. pag.25. Multorum delineat. dedit *Ul. Aldrovandus* in Muſ. Metall. Libr.IV. pag.848.ſeqq. quæ tamen omnia pro Luſibus Naturæ agnoſcit, cui conſentit *Valvaſor* in der Ehre des Herzogth. Crains Tom.I. Libr.IV. Cap.II. pag.477.

44. Muſcus ex Fonte Principis Jenenſi cum Topho (S.243.)

45. Muſcus ibidem totus in lapidem mutatus (S.376.) vid. *Phil. Jac. Sachs* in Diſſert. Reſponſ. de mirand. Lapid. natura, ad *Joh. Dan. Majorem* ſ. in Epiſtol. de Cancris & Serpent. petrefact. pag.70.ſeqq. Conf. *Joh. Dan. Geyerum* in Ephem. *Nat. Curioſ.* Dec.II. An.V. Cap.III. §.7.

46. Muſcus Topho totus incruſtatus ex Fonte prope Francofurtum ad Viadrum (S.244.) vid. *Joh. Chriſtoph. Becmanni* Notitia Univerſitatis Francofurtanæ Cap.III. pag.35.

Modum petrificandi & incruſtandi explicavit *Joh. Jac. Bajerus* in Oryctographia ſua Norica pag 49.50.51. it. *Joh. Henr. Schütteus* in Oryctograph. Jenenſi Cap.III. §.20. pag.31. Ejusmodi Aquæ omnia injecta in lapidem mutantes paſſim reperiuntur in Islandia, quas deſcr. *Diethmarus Blefkenius* in Deſcriptione Islandiæ Cap. VI.

Cap.VI. pag.50. Peruvia fontem habet, qui ferventi aqua ſcatet lapideſcente teſte *P. Laurenbergio* in Acerra Philologica Cent.IV. Hiſt.LIH. pag.645. Et Narvæ in Ruſſia ejusmodi aquam invenit *Adam Olearius* vid. Perſianiſche Reiſe-Beſchr. Libr.II. Cap.X. pag.116. plures ejusmodi Aquas deſcr. *Phil. Jac. Sachs a Lewenheimb* in Diſſert. Epiſtol. ſupra citat. pag.70.ſeqq. & in Gammarol. Lib.I. Cap. VIII. pag.170.ſeqq. Conf. *Boetium* in Hiſt. Gemm. & Lapidum Libr.II. Cap. CCC. pag. 531.ſeqq.

47. Porus cervinus petrefactus *Imperati* totus ſpongioſus (S.363.) vid.Hiſt. Natural. Libr.XXVII. Cap.IV. pag.820.

ARTICVLVS II.

Animalia Teſtacea univalvia & bivalvia, eorumque partes petrefactæ, item aliis lapidibus infixæ.

1. Chama lævis, margine in aciem demiſſa, interne continens lapidem fluctuantem (S. 324.)
2. Chamites elegans valvis clauſis ex lapicidina Querfurtenſi (S 402.) conven. cum delin. ap. *Joh. Jac. Scheuchzerum* in Meteorol. & Oryctogr. Helvetica fig.85. pag.294.
3. Concha coſtis eminentibus inſtructa bivalvis (S.315)
4. Concha Anomia lævis in matrice roſtro prominulo incurvo ex lapide calcario prope Querfurtum (S.33.) conv. cum del. & deſcr. *Carol. Nic. Langii* in Hiſt. Lapid. Fig. Helvet. Libr.VII. Cap.VII. Tab.XLIX. num. 2. & 3. pag.158.
5. Concha Anomia roſtro prominulo ex agris Noricis major & minor (S 36.) del. *Joh. Jac. Bajerus* in Oryctograph. Norica Cap.VIII. Tab. V. fig.26. pag.79.
6. Concha Anomia ſ. Terebratrula Luidii ſtriata, valva ſuperiore ventricoſa, inferiore lacuna donata Helvetica (S.446.)
7. Concha Anomia Jenenſis in Jaſpide rubro (S.37.)
8. Concha Anomia roſtro quaſi pertuſo prope Kuntzendorff in Sileſia (S.38.)
9. Concha Anomia maxima & Pectunculis conſpicuum Marmor incarnatum ex Archiepiſcopatu Salisburienſi (S.55.) Simil. delin. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Meteorol. & Oryctograph. Helvetic. pag.121.
10. Concha Anomia duriſſima ex Comitatu Neocaſtrenſi Angliæ (S.97.)

tei ſplendoris conchas del. & deſcr. *Ul. Aldrovandus* in Muſ. Metall. Libr.I. pag. 88.ſeqq.

27. Conchites cum pectunculis ſplendentibus aliis, ejusdem loci (S.44.)

28. Conchites pectunculis ſtriatis plenus, prope Camerau ad Syidnicium (S.43)

29. Conchites durisſimus, qui fruſtulum ligni cum cortice includit (S.59.)

30. Conchites territorii Würtenbergenſis, inter lapides calcarios frequens (S.70.)

31. Conchites Anglicanus, ſ. Maſſa egregia, ex durisſimarum concharum teſtaceis foſſilibus compacta (S.193.)

32. Conchites, Ferri mineræ adnatus, ſ. Mineræ Martis conchis ſimul referta, ex monte Odenberg, haud procul ab urbe Gudensberga Haſſiæ (S.131.) Mineras Martis has conchis refertas del. & deſcr. *Petr. Wolfart* in Hiſtor. Natural. Haſſ. inferior. Tab.XI. num.1. & 2. pag.41.

33. Conchites pectunculis diverſæ magnitudinis refertus Islebienſis (S. 54.)

Echinitæ ſ. Lapides Echinos marinos referentes vid. ſupra Claſſ. III. Art. I.

34. Muſculites faſciatus & ſtriatus Maslenſis (S. 56.) del. & deſcr. *Leonh. Dav. Hermann* in Masleograph. pag.213. Tab. IX. num. 39.

35. Muſculites in matrice ex utroque cardinis latere æque diffuſus, ex agris circa Lütgeren Comitatus Badenſis (S.519.)

36. Muſculites rariſſimus ex Comitatu Neocaſtrenſi Angliæ, ſ. Tabula maxima lapidea ex Muſculis marinis & aliis Conchyliis item Vertebra dorſi humana accuratiſſime compacta. (S. 120.) Accedit ad delin. ap. *Petr. Wolfart* in Hiſtor. Natural. Haſſ. infer. Tab. IX. pag. 37. it. *D. S. Büttnerum* in Rud. Dil. Teſt. Tab. XXIIX. pag.264.

37. Muſculites Kleinſteinenſis ex Ducatu Oppavienſi Sileſiæ (S. 433.)

38. Muſculites rugóſus in lapide arenoſo ex littoribus Albis prope Pirnam. (S. 415.) conven. cum delin. Chamit. ap. *Langium* in Hiſt. Lap. Fig. Helvet. Lib. VII. Cap.I. Tab. XXXIIX. num. 5. p. 138.

39. Mytulus lævis in calculo griſeo ex fluvio Sileſ. Katzbach dicto (S.41.)

40. Mytilus totus petrefactus valvis clauſis Querfurtenſis (S.402.) conven. cum del. & deſcr. quam dedit *Petr. Wolfart* in Hiſtor. Natural. Haſſiæ infer. Tab. XI. num. 3. pag. 41.

41. Mylitus ex lapide arenario compactus, ſimilis Mytiloide Humberiano *Luidii* (S. 493.) vid. Lithophil. Britann. Ichnograph. Tab. VI. Claſſ. V. num. 896. pag. 43.

42. Nautilites, vulgo Cornu Ammonis diſcoides elegans coloris badii, interne continens lapidem fluctuantem (S. 2.)

43. Nautilites ſiliceæ ſubſtantiæ totus articulatus agri Altorfini, ditionis Norimbergenſis (S. 3) del. & deſcr. *Joh. Jac. Bajerus* in Oryctograph. Norica Tab. III. Fig. V. pag. 65.

44. Nautilites in matrice ex Marchionatu Byruthino (S. 4.) conven. cum delin. in Ephem. *Natur. Curioſor.* Dec. I. An. III. Obſ. LX. Lit. A.

45. Nautilites in matrice rubra corallina. (S. 7.)

46. Nautilites in matrice non articulatus montis Legerii (S. 87.) vid. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Meteorol. & Oryctogr. Helvetic. p. 254.

47. Nautilites hæmiſphæricus valde articulatus prope Querfurtum (S. 221.)

48. Nautilites in particulis ibidem effoſſus (S. 342.)

49. Nautilitæ mire articulati & ſtriati particula ſ. Cornu Ammonis ſtriis valde denſis & eminentibus undatim incurvatis, & in ſpinam ſulcatam abeuntibus fruſtum, ejusdem loci (S. 222.) conven. cum delin. ap. *Carol. Nicol. Langium* in Hiſtor. Lapid. Fig. Helvet. Part. II. Lib. IV. Cap. IX. Tab. XXIV. num. 3. pag. 95.

50. Nautilitæ Querfurtenſes in matrice lapidea duriſſima (S. 394.) del. *Dav. Sigiſm. Büttnerus* in Rud. Diluv. Teſtib. Tab. XIII. Similes del. & deſcr. *G. F. Mylius* in Memorabil. Saxon. Subterran. Part. I. Relat. 9. pag. 67. *Georg. Andr. Helwing* in Lithograph. Angerb. Part. I. Cap. VI. Claſſ. II. Sect. III. pag. 67. Tab. VIII. Fig. I. it. *Car. Nic. Langius* in Hiſt. Lap. Fig. Helv. Part. II. Lib. IV. Cap. XI. Tab. XXIIX. pag. 100.

51. Nautlites politus ſtriis eleganter undulatis ejusdem loci, concamerationibus fluore cryſtallino infarctis (S. 395.) tales delin. & deſcr. *Dav. Sig. Büttnerus* in Rud. Diluv. Teſtib. Tab. XIV. num. 2. §. 163. pag. 273. elegantius delin. *Petr. Wolfart* in Hiſt. Natural. Haſſ. infer. Part. I. Tab. VII. num. 2. & Tab. VIII. num. 6. pag. 36. & 37. it. *Joh. Reiskius* Tr. de Cornu Ammonis, qui reperitur in Ephem. *Nat. Curioſ.* Dec. II. An. VII. in fine, *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Meteorol. & Oryctograph. Helvetic. pag. 248. it. *Joh.* *Mural-*

Muraltus in Miſcell. *Natur. Curioſor.* Dec. III. An. V. & VI. pag. 44. fig. XI. & XII.

52. Nautilites ſtriatus elegantiſſimus, Nautilum marinum exacte referens (S. 378.) conven. cum delin. ap. *Carol. Nic. Langium* in Hiſtor. Lapid. Figurat. Helvet. Part. II. Lib. IV. Cap. X. Tab. XXVII. num. 7. pag. 97.

53. Nautilites plurium circumvolutionum denſeque ſtriatus ex Helvetia, ſubſtantiæ arenoſo-lapideæ. (S. 396.) vid. *Id.* L. C. Tab. XXVII. num. 9.

54. 55. Nautilitæ minores Echterdingenſes Ducatus Würtembergici læves, articulati & non articulati. (S. 397. & 398.) conven. cum delin. & deſcr. pt. quam dedit *Joh. Baubinus* de lapidibus a natura in terra figuratis pag. 21. it. *Georg. Andr. Helwing* in Lithogr. Angerb. Part. I. Cap. VI. Claſſ. II. Sect. III. pag. 87. Tab. VIII. Fig. 3. it. *Car. Nic. Langius* in Hiſt. Lapid. Fig. Helvet. Part. II. Lib. IV. Cap. I. Tab. XXIII. pag. 92. ſeqq.

56. Nautilites cujus cavitas lapillis & conchinulis adimpletus ore amplo, ſ. Gryphites rugoſus roſtro ſubtereti & adunco *Luidii* Lithoph. Britann. Claſſ. V. Capſ. VIII. num. 473. pag. 26. (S. 399.) talem delin. *Georg. Everh. Rumphius* Amboinſ. Rarit. Kam. Tab. LIX. num. B. *Joh. de Laët* de Gemm. & Lapid. Lib. II. Cap. XXIX. pag. 192. it. *Job. Muraltus* in Ephem. *Nat Curioſ.* Dec. III. An. V. & VI. pag. 44. ſ. Cornu Ammonis, cujus interna ſubſtantia e meris conchinulis Anomiis ſtriatis coagmentatus. vid. *Carol. Nic. Langius* in Hiſtor. Lapid. Figurat. Helvet. Part. II. Lib. IV. Cap. III. Tab. XXII. num. 1. pag. 82.

57. Nautilites coloris aurei ſplendentis minor denſe ſtriatus, ſ. ex Pyrite Stutgardienſis, vulgo Chryſammonites & Dracontia *Reiskii*, vid. ejusd. Tract. pag. 185. qui reperitur in Ephem. *Nat. Curioſor.* Dec. III. Ann. VII. (S. 234.) præter hunc de Chryſammonite evolv. *Ul. Aldrovandus* in Muſ. Metall. Lib. I. pag. 54. ſeqq. *Joh. Henricus Lochnerus* in Muſ. Beſler. Tab. XXXIV. pag. 96. *G. F. Mylius* in Memorab. Sax. Subt. Part. II. Relat. V. pag. 54.

58. Nautilites ſ. Chryſammonites ejusdem ſubſtantiæ & loci articulis latioribus (S. 235.)

59. Nautilites metalliſatus totus tuberoſus & crenatus ex Regno Angliæ prope Bathoniam (S. 236.) Metallicos prc. ferreos deſcr. & del. *Joh. Reiskius* in Tr. ſupr. cit. in fine it. in Ephem. *Nat. Curioſ.* Dec. II. An. VIII. Obſ. CXLIX. pag. 331.

60. Nau-

gius in Hiſt. Lap. Fig. Helvet. Lib. VII. Cap. VII. Tab. XLV. num. 1. & 2. pag. 147.

68. Pectunculitæ ſemicirculares plani flabelliformes ſtriis capillaribus prope Kuntzendorff Sileſ. (S.39) Simil. delin. *Leonh. Dav. Hermann* Maslogr. Tab. IX. num. 18.

69. Pectunculites ſ. Lapis ſtriatus oblongus pectunculo in apice impreſſo (S.69.)

70. Pectunculis & tubulis vermicularibus refertus lapis, ex agro Cumbrienſi (S.57.)

71. Pectunculites Maslenſis ſtriis minutisſimis notatus (S.73.)

72. Pectunculites flabelliformis planus ejusdem loci, ſtriis capillaribus denſe exaratus (S.74.) del. & deſcr. *G. A. Volckmann* Sil. Subt. Part. I. Cap. V. pag. 183. Tab. XXXI. num. 6.

73. Pectunculis albis elegantisſimis adimpletus lapis Maslenſis (S. 337.)

74. Pectunculites ex diverſimode figuratis & ſtriatis Pectunculis conſtans ejusd. loci (S.351.)

75. Pectunculites ſ. Concha Anomia Liſteri τρίλοβος ſtriis latioribus ex monte Legerio (S.165.) del. & deſcr. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Meteorol. & Oryct. Helvetica Fig. 102. pag. 299. ſ. Terebratula ſtriata minor ſtriis tenuioribus valva ſuperiore lacuna lata donata *Langii* in Hiſt. Lap. Fig. Helvet. Lib. VII. Cap. XII. Tab. XLIX. num. 1. & 2. pag. 158.

76. Pectunculites talis Gedanenſis in matrice (S. 106.)

77. Pectunculites ſ. Concha Anomia roſtro prominulo *Liſteri*, ſ. Terebratula *Luidii* minor ſtriata pellucida ex monte Tabor (S.32.) del. & deſcr. *Car. Nic. Langius* in Hiſt. Lap. Fig. Helvet. Libr. VII. Cap. XI. Tab. XLVIII. num. 3. pag. 154.

78. Pectunculites rotulis cylindraceis refertus Freibergenſis prope Suidnicium Sileſ. (S.430.)

79. 80. Purpuræ totæ lapideæ num. 2. undique exeſæ, annexis tubulis vermicularibus (S.281.)

81. Tellina Jenenſis petrefacta (S. 102.)

82. Tellinites ſ. Maſſa durisſima albicans, in qua Tellinæ innumeræ æqualis magnitudinis, quæ interne terram ferrugineam aurei ſaturatioris coloris continent, immerſæ, ex montibus Calcariis Neoſultzenſibus (S.457.)

83. Tellinæ tales cinereæ a matrice ſejunctæ (S.458.)

84. Tellinites mirabilis ſtructuræ ex agro Bedfordienſi Angliæ ſ. Maſſa ſaxea durisſima Tellinis referta (S.119.)

85. Tellinites Kleinſteinenſis ex Ducat. Oppavienſi Sileſiæ, cum Nautilo compreſſo. (S.429.)

86. Turbines albi ex montis cacumine vulgo die Zinne prope Coroniam Tranſilvaniæ (S.388.)

87. Turbinites in matrice friabili & congerie Tellinarum facile ſeperabilium, Schrappelauenſis Comitatus Mansfeldici (S.340.)

88. Turbinites in lapide polito conchis ſimul referto (S.185.)

89. Turbinites ſ. Lapis duriſſimus ſubalbidus Borusſiacus, in quo multi parvi Turbines immerſi (S.389.)

90. Turbinites Maslenſis in lapide polito, ſive Buccinites Bajeri (S.187.)

91. Turbinites Querfurtenſis rarioris notæ clavicula longiori ex materia arenoſa duriuſcula (S.35.) del. *D. S. Büttnerus* in Ruder. Diluvianis Tab. XXVII. num. 9. & 10.

92. Turbinites elegantisſimus ejusdem ſubſtantiæ & loci maximus (S.380.) del. id. *Büttnerus* L. C. Tab. XVI. num. 1. *Ad. Olearius* Gottorpiſcher Kunſt-Kammer Tab. XII. p. 34. num. 4. Minor, in *Carol. Nic. Langii* Hiſt. Lap. Figur. Helvet. Tab. XXXII. num. 8. pag. 110.

93. Turbo ejusdem ſtructuræ elegantisſimus in matrice lapidea durisſima (S.390.) vid. id. *Büttnerus* L. C. Tab. XXIX. it. Ephemer. *Nat. Curioſ.* Dec. I. An. III. Obſ. LXX. p. 119.

94. Turbinites ibidem repertus, ſ. ex multis parvis Turbinibus & Conchis ſimul compactus lapis (S.403.)

95. Turbines & Conchylia varia ſaxo durisſimo immerſa (S.49.) Similes delineav. *Georg. Andr. Helwing* in Lithograph. Angerb. Part. I. Tab. VIII. num. 10.

96. Turbinites cinereus, ſ. lapis durisſimus ex Cochleis & Pectunculis ſimul compoſitus juxta Francofurtum (S.72.)

97. Turbo magnus ſaxo curioſe immerſus, ita ut interior facies ſimul compareat (S.520.)

98. Turbo longisſimus in congerie Tellinarum & Pectinum diverſimode ſtriatorum & faſciculatorum (S.280.) talis del. & deſcr. in

Athanaſ.

Athanaſ. Kircheri Mundo ſubterraneo Tom. II. Libr. VIII. Cap. II. Sect. II. pag. 48.

99. Umbilicus marinus lapidi durisſimo immerſus, (S.79.) del. *Helwing* in Lithograph. Angerburg. Part. I. Tab. IIX. Fig. 6. *Joh. Jac. Scheuchzerus* Natur-Geſchicht. des Schweitzerlandes Part I. Tab. VII. num. 31. pag. 99. & in Lithograph. Helvetic. pag. 24. Tab. III. Fig. 31. it. *Car. Nic. Langius* in Hiſtor. Lapid. Figurat. Helvet. Part. II. Lib. V. Cap. V. Tab. L. p. 116.

AUthores, qui Conchas has petrefactas pro Diluvii univerſalis teſtibus, & alii, qui pro Luſu Naturæ eas agnoſcant, collegit *Phil. Jac. Sachs a Lewenheimb* in Gammarologia Lib. IIX. pag. 159. ſeqq.

Quibus addendi priora ſtatumina defendentes, *Joh. Jac. Bajerus* in ὀρυκτογραφία Norica Cap. IV. pag. 67. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in den Schweitzeriſchen Natur-Geſchichten Part. I. pag. 89. *Joh. Rajus* de Diſſolut. & mutat. mundi pag. 141. ſeqq. *Joh. Woodwardus* Tentam. circa Hiſtoriam Natural. Telluris, *Joh. Guil. Bajerus* de Foſſil. Diluv. univerſal. monumentis, *Dav. Sig. Büttnerus* in Rud. Diluv. Teſtib. pag. 129. 256. 288. ſeqq. *Petr. Wolfart* in Hiſtor. Natur. Haſſiæ infer. Part. I. pag. 14. ſeqq. Conf. Epiſtolam *Scheuchzeri* ad *Joh. Chriſtoph. Sturmium*, quæ reperit. in Ephem. *Nat. Curioſ.* Dec. III. An. IV. in Append. pag. 157. Varia cum illis experimenta inſtituit *Car. Nic. Langius* de Origine Lapidum Figuratorum Lib. Cap. X. p. 34 ſeqq.

His non ſubſcribunt *Joh. Kentmannus* in Catalog. Rerum Foſſil. Tit. I. pag. 1. it. Tit. XI. pag. 55. *Ul. Aldrovandus* in Muſ. Metall. Libr. IV. pag. 462. - 474. & pag. 822. ſeqq. it. de Teſtaceis Lib. III. Cap. I. *Ol. Wormius* in Muſeo Lib. I. Sect. II. Cap. XII. pag. 80. *Athanaſ. Kircherus* in Mund. Subterr. Libr. XII. Sect. II. Cap. VIII. fol. 373. *Joh. Jonſtonus* in Thavmatograph. Naturali Claſſ. IV. pag. 32. *Jacob. Gaffarellus* in Curioſitat. inauditis Libr. II. Cap. V. §. 4. pag. 84. *Bohusl. Balbinus* Miſcell. Hiſtor. Regni Bohemiæ Lib. I. Cap. LI. pag. 128. *Valvaſor* in der Ehre des Hertzogth. Crains Tom. I. Lib. IV. Cap. II. pag. 476. *Joh. Dan. Gejerus* de montibus conchiferis pag. 8. *Georg. Baglivius* Operum Diſſert. V. pag. 522. *Chriſt. Frid. Paullini* in der Zeit-kürtzenden erbaul. Luſt Part. II. Them. XLIV. *Car. Nicol. Langius* in Hiſt. Lap. Fig. Helvetiæ Part. II. Lib. VII. pag. 135. Conf. *Act. Philoſoph. Anglic.* Menſ. Januar. An. 168¾. num. 155. pag. 463. *Act. Erud. Lipſienſ.* An. 1685. Menſ. Auguſt. pag. 371. Ephemerid. *Natur. Curioſ.* Dec. II. An. VIII. Obſerv. CXLIX. it. *Obſervationem meam in Bresl. Samml.* XXV. Verſ. An. 1723. Claſſ. IV. Art. V. pag. 187.

Animalia & Vegetabilia foſſilia a Diluvio in terræ viſcera neutiquam eſſe depoſita, ſed eorum ſemina mediante pluvia & vaporibus e mari, terra & fluminibus elevari, hinc inde per fiſſuras terræ diffundi, & a calore ſubterraneo fœcundari aſ-

ſerit *Eduard. Luidius*; pro peculiari ſemine habet *Car. Nic. Langius* in Hiſt. Lapid. Fig. Helvet. Part. II. Lib. V. Cap. I. pag. 104.

ARTICVLVS III.

Aliorum Animalium partes petrefactæ.

1. Erucæ petrefactæ diverſorum colorum accuratiſſimæ (S. 372.) Erucam lapidi impreſſam deſcr. *Georg. Andr. Helwing* in Lithograph. Angerb. Part. II. Sect. III. pag. 129. ad quam accedere videtur erucæformis lapis ap. *Scheuchzerum* Meteorol. & Oryctograph. Helveticæ Fig. 169. p. 331.

2. Mandibulæ fragmentum cum dente inhærente & alveolis dentium ex Comitatu Iſenburgenſi (S. 381.) convenit cum delineat. ap. *Ul. Aldrovandum* Muſ. Metallic. Lib. IV. pag. 829.

3. Odontopetra ſ. Dens lupino ſimilis ſubſtantiæ ſiliceæ, vulgo Dens Draconis ex montibus Carpathicis (S. 454.)

4. Odontopetra alba ſ. Dens molaris calcinatus marga ſimul friabili obvolutus prope Vratiſlaviam in urna ſepulchrali repertus (S. 279.) delin. & deſcr. *Leonh. Dav. Hermann* in Maslograph. Lib. II. Cap. XI. §. 2. pag. 134. ſeqq. Sive Dens molaris major ſtriatus longiſſimus Hippopotami ſecund. *Car. Nic. Langium* in Hiſtor. Lapid. Fig. Helvetiæ Part. II. Lib. III. Cap. I. Tab. XI. num. 1. pag. 50. conf. delin. *Georg. Ant. Volckmanni* in Sileſ. ſubterr. Tab. XXVI. num. 2. qui Buchvvaldi prope Schmiedebergam in Sileſia repertus fuit.

5. Odontopetra ſive Dens molaris petrefactus major ſtriatus animalis incogniti, Canſtadii An. 1710. in terra repertus, coloris fuſci (S. 237.)

6. Odontopetra ſ. Dens inciſorius talis ibidem effoſſus (S. 380.) Hos deſcripſ. *Dav. Spleiſſius* in Oedipo Oſteologico ſ. in Diſſert. Schaffhuſæ publicat. de Cornibus & oſſibus foſſil. Canſtadienſibus; conveniunt cum dentibus equi petrefactis ap. *Ul. Aldrovandum* in Muſ. Metallic. Lib. IV. Tab. IIX. pag. 830. ſ. Dentibus Giganteis ap. *Conr. Geſnerum* Lib. IV. de Piſcium Natura pag. 497.

7. Odontopetra giganteo molari ſimilis alba, ſtalactitæ incluſa, e ſpecu Baumanniano ſylvæ Hercyniæ (S. 238.) Specum deſcr. *Tentzelius* in Monatl. Unterredung. Ann. 1697. Menſ. Auguſt. pag. 657. ſeqq. prc. *Georg. Henning Behrens* in Hercynia curioſa Cap. I. pag. 1. ſeqq. aliique. De Oſſibus & Sceletis giganteis multa collegit *Athanaſ. Kircherus* in Mund. ſubt. Tom. II.

Digitized by Google

II. Lib. VIII. Sect. II. Cap. IV. pag. 53. ſeqq. *Eraſm. Franciſci* im Geſchicht-Kunſt-und Sitten-Spiegel Lib. I. num. 17. pag. 122. ſeqq. *Robert. Sibbaldus* in Scotia illuſtrata ſeu Prodromo Hiſt. Natural. Part. II. Tom. II. Sect. I. Cap. II. num. 4. *Godofr. Voigtius* im Phyſicaliſch. Zeit-Vertreiber Cent. III. Quæſt. LIV. pag. 662. it. *Thom. Bartholinus* in Act. Hafnienſib. Obſerv. XLVI. pag. 83. prc. *Hoffmannus* in Differt. de Gigantum oſſibus Cap. II. Sect. II. Miſcell. *Nat. Curioſ.* Dec. II. An. VI. pag. 176. *Valvaſor* in der Ehre des Herzogth. Crains Lib. XII. Cap. XI. *Guil. Camdenus* in Britannia pag. 351. *Tenzelius* Monatl. Unterredung. An. 1695. pag. 948. Theatrum Europæum *Meriani* Part. V. fol. 574. Quæ omnia pro Elephantum oſſibus habentur in Ephem. *Natur. Curioſor.* Dec. II. An. VII. Obſerv. CCXXXIV. pag. 446. De Gigantibus antediluvianis vid. *Gaſp. Schotti* Phyſicam curioſam Lib. III. Cap. IIX. p. 384. ſeqq. Sceletus totus giganteus deſcr. in *Eraſm. Franciſci* Oſt-und Weſt-Indiſchen Luſt-Garten Part. I. Tab. V. num. 9. pag. 187. Noſtro ſimilem del. & deſcr. *Ulyſſ. Aldrovandus* in Muſeo Metallic. Lib. IV. pag. 828. *Joh. Henr. Lochnerus* in Muſ. Beſlerian. Tab. XXXI. pag. 91. *G. F. Mylius* in Memorabil. Saxon. Subterran. Tabul. ſub ſign. ☽ num. 2. pag. 81.

8. Odontopetra talis fuſci coloris ex montibus Carpathicis. (S. 475.)
9. Odontopetra ſ. Dens leonino ſimilis, ex iisdem montibus (S. 476.)
10. Odontopetra ſ. Dens ſuillum referens ibidem effoſſus longiſſimus (S. 239.) hunc delin. id. *Mylius* L. C. num. 4. pag. 81.
11. Odontopetra ſ. alius cinereus molaris ibid. repertus (S. 383.)
12. Odontopetra ſive dens oblongus coloris lignei prope Vratiſlaviam ad Pagum Dirgeniſch ex fonte effoſſus (S. 103.) conv. cum delin. ap. *Joh. Henr. Lochnerum* in Muſ. Beſleriano Tab. XXXI.

Oolithus vid. Hammites ſupra Claſſ. III. Art. III.

13. Os Femoris cum proceſſibus inferioribus & medulla ſpongioſa Canſtadienſe totum petrefactum (S. 382.)
14. Os Femoris ex montibus Carpathicis maximum, vulgo Draconis, cortice lapideo obductum (S. 473.) totus Sceletus talis del. & deſcr. *Eraſm. Franciſci* im Oſt-und Weſt-Indianiſch. Luſt-Garten Part. I. Tab. V. num. 9. pag 187.
15. Os Coxendicis tale maximum totum petrefactum ibidem effoſſum (S. 474.)
16. Os Fibulæ cum coſta dimidia in urna ſepulchrali repertum. (S. 416.)

 17. Oſ-

Digitized by Google

17. Oſſicula petrefacta avicularum alba accuratiſſima ex monte Haſſiæ vulgo dem Vogels-Berge eruta (S. 314.)

18. Oſſicula talia petrefacta lævia Maslenſia coloris nigricantis (S. 322.) vid. *Leonh. Dav. Hermann* Maslograph. Part. II. Cap. IX. pag. 224. Varias opiniones collegit *Dav. Sigm. Büttnerus* in Rud. Diluvian. pag. 304.

19. Oſſium petrefactorum fragmenta ſ. Unicornu foſſile ex lapide calcario Querfurtenſi (S. 22.) deſcr. *Joh. Henr. Schütteus* in Oryctogr. Jenenſi Cap. VII. §. 81. p. 81.

20. Oſſium talium fragmenta in Specu Schartzfeldico Sylvæ Hercyniæ frequentia (S. 21.) vid. *Georg. Henning. Behrens* in Hercynia curioſa Cap. I. pag. 19. pag. 39. 44. 53. - 61. ſeqq. Specus deſcrib. in *Tentzelii* Monatl. Unterredungen Ann. 1697. Menſ. Aug. pag. 666. ſeqq. it. *Behrens* L. C. Cap. I. pag. 1.

Unicornu foſſile alias peculiari Tractatu deſcripſit *Joh. Laur. Bauſchius*. Conf. *Thom. Bartholini* de Unicornu Obſervat. nov. & Parentem *Caſp. Bartholinum* de Unicornu, *Tentzelii* Monatl. Unterred. An. 1696. Menſ. April. it. Epiſtol. de Sceleto Elephantino Tonnæ nuper effoſſo, *Car. Nic. Langii* Hiſt. Lap. Fig. Helvet. Part. II. Lib. III. Cap. II. pag. 57. aliosque. Contra Unicornu verum pugnat copia, de qua vid. Beſchreib. der Naturl. Dinge Ruſslandes *Henr. Wilh. Ludolffs*, annexa der Beſchreibung der Chineſiſchen Reiſe zu Lande aus Moſcau *Adami Brands* pag. 197. it. *Joh. Lucas Riem* in Diſſ. de Ebore foſſili §. XI. Pro Bitumine coagulato habet *Andr. Libavius* Singular. Part. III. Libr. VIII. Cap. XVII. p. 1096. ſeqq. Pro Marga *Ans. Boetius* in Hiſt. Gem. & Lapid. Lib. II. Cap. CCXLII. fol. 209. it. *Car. Nic. Langius* in Hiſt. Lapid. Fig. Helvet. Part. II. Libr. III. Cap. II. pag. 58. Pro Luſu Naturæ, *Conr. Geſnerus* Rerum Foſſil. Cap. XI. fol. 150. *Athan. Kircherus* Mund. Subterr. Lib. VIII. Sect. II. pag. 60. *Jul. Caſ. Scaliger* de Subtilitate Exercitat. DCCXXXVII. pag. 461. *Phil. Jacob. Sachs a Lewenheimb* Gammarolog. Lib. VIII. pag. 159. ſeqq. *Adalbert Tylkowsky* in Philoſophia curioſa Part. II. pag. 31. *Thom. Bartholinus* in Act. Medic. & Philoſoph. Hafnienſibus Obſ. XLVI. pag. 83. *Bobuslaus Balbinus* in Miſcell. Hiſtoric. Regn. Bohemiæ Lib. I. Cap. XLIX. pag. 114. ſeqq. *Ol. Wormius* in Muſeo pag. 54. *Bauſchius* L. C. *Dan. Sennertus* in Epitome Natural. Scientiar. Lib. V. Cap. IV. p. 422. *Behrens* L. ſupr. cit. Cap. I. pag. 54. aliique. Examen per ignem docimaſticum conſideratu dignum inſtituit *Joh. Samuel Carl* in Lapide Lydio Philoſophico-Pyrotechnico ad Oſſium foſſilium Docimaſiam analytice demonſtrandam adhibito; Conf. *Guil. Ernest. Tentzelii* Monatl. Unterredung. An. 1697. Menſ. Januar. pag. 41. ſeqq. *Joh. Jac. Scheuchzeri* Natur-Geſchichte des Schweitzerlandes Part. II. p. 186. *Georg. Wolffg.*

Wedelii

Wedelii Programma de Unicornu & Ebore foſſili, *Unſere Samml. von Natur-und Medic. Geſchicht.* VI. Verſ. An.1718. Menſ. Dec. Claſſ.IV. Artic. V. pag.1981. item Obſervationem meam ibidem L. C. XXV. Verſ. An.1723. Claſſ.IV. Art.V. pag.187.

21. 22. Paguri ſ. Squillæ marinæ petrefactæ Sinenſes, ubi una ſuperiorem teſtam, altera caudam cum chelis accuratiſſime demonſtrat (S.370. & S.371.) del. & deſcr. *Conr. Geſnerus* Rer. Foſſil. Cap.XIV. fol.167. *Ul. Aldrovandus* in Muſ. Metallic. Lib.IV. pag.460. Muſ. *Calceolarian.* Veronenſe Sect.III. pag.429. *Wagnerus* in Hiſt. Natural. Helvet. pag.331. *Carol. Nic. Langius* in Hiſt. Lapid. Figurat. Helvet. Part.II. Lib.III. Cap.I. pag.47. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Querel. & Vindiciis Piſcium pag.29. *Joh. Henr. Lochnerus* in Muſ. Besler. Tab.XXXIII. pag.95. *Georg Everh. Rumphius* in der Amboinſch.Rarit. Kamm. Tab. LIX. num.1. & 2. pag.335. prc. evolvend. *Joh. Dan. Major* in Diſſert. Epiſtolic. de Cancris & Serpentibus petrefactis pag. 61. & *Phil. Jacob. Sachs a Lewenheimb* Gammarol. Cap.VII. pag.141. ubi ſimul Authores recenſuit, qui pro Luſibus Naturæ eos agnoverunt, & Cap.VIII. pag.176.ſeqq. qui pro Teſtibus Diluvii univerſalis habuerunt. Conf. *Athanaſ. Kircheri* Chin. illuſtrat. Part.IV. Cap.IX. pag.202. De Aqua apud Chinenſes, per quam ſquillæ omnes in lapidem mutantur, vid. *Joh. Neuhofii* Beſchr. des Reichs Sina pag.358. it. *Eraſm. Franciſci* im Oſt-und Weſt-Indiſchen Luſt-Garten Part.I. Cap. CLXXXVII. citante *P. Martino Martinio* in Atlante Sinico & quidem in Deſcriptione provinciæ Quantung fol.139.

23. Vermicularis lapis, ſ. Vermium petrefactorum concretio rariſſima maxima coloris flavi, ſ. Halcyoneum Mileſium *Imperati* (vid. Hiſtor. Natural. Libr.XVIII. Cap.I. pag.835.) Batavis Verſteend Worme-Neſt, ex Muſ. *Wilh. d' Orville*, vid. Ejusdem Catalogus van een Uytmuntend Cabinet pag.52. talem quoque nominavit *Chriſt. Maxim. Spenerus* in Catalogo Muſei ſui (S.365.)

24. Vermium talium concretio cinerea minor (S.366.)

25. Vermicularia aurea minima (S.367.)

26. Vertebra humana, ubi cavitates ſtalactite repletæ (S.521.)

27. Vertebra humana accuratiſſima, lapidi duriſſimo conchis ſimul referto, immerſa (S. 120) Vertebras binas dorſuales petrefactas delin. & deſcr. *Joh. Jac. Scheuchzerus* in Querel. & Vindic. Piſcium Tab.III. pag.22. Alias ſub nomine Ichthyoſpondylorum del. *Joh. Jac. Bajerus* in Oryctograph.Norica Tab XVII. Fig.XXXII. & *Carol. Nic. Langius* in Hiſt. Lap. Fig. Helvet. Part. II. Lib.IV. Cap. I. pag.75.ſeqq. Conf. *Dav. Sigiſm. Büttneri* Rudera Diluviana Tab.XXIII. §.130. pag.221. *Oswald. Crollii* Tractat. de Signaturis rerum internis

P. 5.

Digitized by Google

p.5. qui habetur Baſilicæ Chymicæ in fine *Tentzelii* Monatl. Unterred. An.1690. Menſ. Febr. pag.184. An.1696. pag. 364. & 366. An.1697. Menſ. Januar. prc. totum Sceleton humanum petrefactum lapidi duriſsimo incluſum deſcr.id. *Tentzelius* L. C. An.1690. Menſ. Febr. pag.127. citante *Happelio* in der Schatz-Kammer übernatürl. und wunderbarer Geſchichte.

28. Vertebrella *Luidii* in medio perforata minima (S.344.) vid. Lithophil. Britannici Ichnograph. Claſſ.XI. Capſ.XXI. num.1569. pag.80. del. & deſcr. quoque *Joh. Henr. Lochnerus* in Muſ. Beslerian. Tab.XXXI. pag.91.

Claſſis V.

Mineræ metalliferæ iisque affines; ut: Auro nitentes; Argentiferæ criſpatæ, capillares, aſperæ, rudes ſui coloris, rubræ, nigræ, cinereæ, albæ; Cupri criſpatæ, genuinæ & variegatæ; Stanni cryſtallinæ absque recrementis & aliæ; Plumbi nitore conſpicuæ; Ferri variorum colorum & figurarum; Mercurii, virgineo tumentes & Cinnabarinæ; Metallaque ſpuria & Mineralia media, item varia Recrementa ſive Scoriæ.

ARTICULUS I.

Mineræ Auri.

1. Monticulus artificioſus, ex mineris rariſſimis cryſtallinis & metalliferis, item ramis Corolliorum & Ferri florum exſtructus, in quo ſimul Operationes a Metallifoſſoribus ex argento formatis conſpiciuntur. Talem deſcr. *Ol. Wormius* in Muſ. Lib.IV. Cap.V. pag.359.
2. Arena aurifera ex Sala fluvio prope Jenam (T.490.)
3. Flammulæ auri puriſſimi ex arena Salæ fluvii prope Calam Altenburgicam per loturam ſeparatæ (T.491.) vid. *H. J. H.* Nachricht von dem Gold, Kupfer und Eiſenſteinen it. von Edelgeſteinen, welche bey und um Jena gefunden vverden, Cap.I. §.3.--7. pag.5. Alia Flumina & Regiones auriferas deſcr. *Georg. Adam. Struvius* in Diſſert. de Auro fluviatili ſ. vom Waſch-Gold; De generatione auri talis in ipſa arena vid. *Hier. Cardanus* de Subtilitate Libr. VI.

Libr.VI. pag.147. *Georg. Agricola* de Ortu & cauſis Subterr. Lib. V. p. 77. *Georg. Engelb. Löbneys* im Bericht von Berck Wercken Part. VII. pag. 129. *Tilemann Frieſe* im Müntz-Spiegel Libr. IV. Cap. XXXV. aliique. Modum aurum ex arenis in Æthiopia eruendi docuit *Alvarez* in Deſcr. Æthiopiæ Cap.XXXIX. pag. 162. Modum ſeparandi aurum, quo Rhenenſes utuntur, deſcripſ. *Mich. Heberer* in Ægyptiaca Servitute Libr.I. Cap.VI. Qualem vero in Comitatu Schvvartzburgico adhibeant, vid. *Thurneyſſer zum Thurn* in Piſone Lib.V. Cap.V. Singularia huc ſpectantia collegit *Chr.Frid. Paullini* in Philoſophiſchen Luſt-Stunden Part. I. pag.505.ſeqq.

4. Minera auri Hungarica, cui in ſuperficie quarzum rubrum adnatum (T.72.)
5. Minera auri Shemnicenſis Hungarica argento mixta (T.73.)
6. Minera auri tuſa Zuckmantelenſis Sileſiæ, cui multum Vitrioli ineſt (T.93.) has deſcr. *Caſp. Schwenckfeld* in Catalog. Stirpium & Foſſil. Sileſiæ pag.376. *Nic. Henelius ab Hennefeld* in Sileſ. renovat. Cap.III. §.38. pag.306. & §.39. pag. 314. *Georg. Ant. Volckmann* Siles. Subterran. Part. II. Cap. II. §. 7. pag.206. it. *Unſere Samml. von Natur-und Medicin. Geſchicht.* II. Verſ. An.1717. Menſ. Nov. Claſſ.V. Art.II. pag.345. it. VI. Verſ. An.1718. Menſ. Novembr. Claſſ.IV. Art.V. pag.1973.
7. Minera auri Regni Hungariæ cum multa Cinnabari (T.140.)
8. Minera auri Soſauerenſis ad Eibenſtock in lapide metallico molliore (T.141.)
9. Minera auri cum argento & pyrite mixta, ex monte Giganteo Sileſiæ (T.183.)
10. Minera auri ære & ferro punctulisque flavis inſperſa Goldbergenſis Sileſiæ (T.198.)
11. Minera auri, cui cuprum ineſt in quarzo albo, ad Zuckmantelam (T.214.)
12. Aurum in marmore nigro, intermixtis Zonis albis prope Wohnſiedel (T.265.)
13. Minera auri tuſa Schemnicenſis Hungarica (T.295.)
14. Minera auro dives Schemnicenſis, cui multum ſimul argenti ineſt, *aus dem Wind-Schacht* (T.299.)
15. Minera auri ſ. Aurum marmori metallico albo inſperſum ex Hungaria (T.312.)
16. Aurum Peruanum in granulis copioſe ſaxo albo inhærens (T.313.)

17. Auri particula marmore albo metallico inſita ex Bohemia (T.338.)

18. Minera auri Reichſteinenſis Sileſ. in terra fuſca molliore (T.339.) deſcr. *Nic. Henelius* Sileſiograph. renovat. Cap.III. p.309. it. *Georg. Ant. Volckmann* Sileſiograph. Subter. Part.II. Cap.II. §.6. pag.205.

19. Minera auri cui argentum ineſt Schemnicenſis in ſaxo albo (T.348.)

20. Minera auri Goldbergenſis Sil. ignem nondum experta (T.373.)

21. Minera talis toſta miculis aureis inſperſa (T.374.)

22. Arena aurifera Goldbergenſis, aurei ſplendoris (T.375.)

23. Minera Schemnicenſis, ubi ſaxo albo & nigro miculæ aureæ inſperſæ (T.382.)

24. Minera auri Cranachenſis ex Marchionatu Byruthino (T.541.)

25. Minera auri, ſ. aurum ſolidum, ſaxo cinereo inſperſum ex Tranſilvania.

26. Minera auri cui multum argenti genuini ſimul ineſt, von Wendiſch-Leuten Hung. ſuper. (T.365.)

27. Minera auri genuina rariſſima ex bracteis aureis in marga alba molliore Triſtienſis Ducatus Tranſylvaniæ (T.383.)

28. Minera nitidiſſima ejusdem loci, in qua aurum criſpatum & capillare purum ſ. nativum ſaxo cinero adhæret (T.384.)

29. Marga coerulea & flava Schemnicenſis, ex qua aurum lavatur (T.385.)

30. Aurum in Pyrite e fodinis Eulauenſibus Regni Bohemiæ (T.399.)

31. Saxum nigrum duriſſimum montis Sabothi Sileſiæ, ex quo Itali olim aurum coxerunt (T.401.) vid. *G. Ant. Volckmann* in Sil. Subtr. Part.II. Cap.II. §.9. pag.208. it. *Unſere Samml. von Nat. und Medic. Geſch.* IV. Verſ. An.1718. Menſ. April. Claſſ.II. Artic.II. pag 939. it. XXIII. Verſ. An.1723. Menſ. Febr. Claſſ.IV. Art.V. pag.169.

32. Aurum in minera ferri Goldbergenſi Siles. (T.406.)

33. Minera auri Zuckmantelenſis in ſaxo albo (T.434.)

34. Minera auri rubra raro occurrens (T.436.)

35. Minera auri globularis, cui antimonium ineſt (T.443.)

36. Minera auri talis argyrite obvoluta globoſa major (T.444.)

37. Aurum in marmore viridi colore fuſco variegato, ex monte Sabotho, Ducatus Svidnicenſ. Siles. (T.427.)

38. Mi-

38. Minera Schemnicenſis flammulis aureis inſperſa (T.563.)
39. Minera auri nigra friabilis cum multo Vitriolo ex Regno Bohemiæ (T.615.)
40. Minera auro & argento dives in Lithomarga molliore ex Hungaria (T.629.)
41. Granati, argyrite obvoluti, quibus multum auri ineſt Zehlicenſis Sax. (T.635.)
42. Granatis turgida minera aurifera ex Bohemia (T.636.)

ARTICULUS II.

Mineræ Argenti.

1. Minera nigra Reichſteinenſis Sileſiæ argento turgida, *aus der Himmelfarth* (T.46.)
2. Minera argenti Reichſteinenſis ſpiculis inſitis ſplendentibus oblongis, ex metalifodina vulgo *dem Reichen-Troſt* effoſſa (T.57.)
3. Minera ejusdem loci nigra, quaſi foliolis argenti inſperſa, *aus dem Falckenberger* (T.48.)
4. Minera argenti ibidem eruta cœrulea, colore viridi ſive cupro mixta, pyrite ſimul impleta (T.49.)
5. Minera argenti nigra, punctulis ſplendentibus conſpicua (T.50.)
6. Minera argenti Reichſteinenſis in pulverem contuſa (T.58.)
7. Minera argenti ibidem frequens alba, *vom goldenen Eſel* (T.61.)
8. Minera argenti Neoſolienſis Hungarica, miculis ſplendentibus quadratis inſtructa (T.135.)
9. Minera argenti Saalfeldenſis, lapidi metallico nigro adhærens.
10. Minera argentum fovens Freibergenſis (T.146.)
11. Minera argenti Johann Georgenſtadtenſis, in marmore metallico ſubrubro ſpongioſo, punctulis flavis inſperſo (T.174.)
12. Minera argenti Schneebergenſis lapidi metallico friabili mixta (T.149.)
13. Minera arg. in terra molliore fuſca & flava ejusdem loci (T.159.)
14. Minera arg. tuſa, *aus St. Peters-Grube von der Schneekuppe* (T.188.)
15. Minera argenti ſolida cœrulea, cui plumbum ineſt, montis Gigantei *aus dem Teufels-Grunde* (T.191.)

16. Minera nigra ſtriis argentiferis in marmore metallico albo diſcurrentibus, prope pagum Kolbnitz, ex Ducat. Jauroviensi Sileſiæ (T 197.)
17. Minera cryſtallis conſpicua, cui argentum capillare adnatum (T.203)
18. Minera arg. Radebergenſis prima, in ſaxo albo, rubro & viridi (T.205.)
19. Minera ſubſequens ejusdem loci, in ſaxo flavo, prominentibus bracteis argentiferis, pyrite inſperſis (T.206.)
20. Minera arg. ibidem frequens, in marga friabili metallica flava (T.207.)
21. Minera arg. genuina alba Hungarica, prope Iglavam (T.219.)
22. Argentum nativum aſperum, ſ. variis protuberantiis præditum, in marmore metallico albo ejusdem loci (T.220.)
23. Minera argenti genuina rubra elegantiſſima, ſ. Argentum rude rubineum Freibergenſe (T.223.)
24. Minera argento dives Schemnicenſis Hungarica (T 233.)
25. Argentum nativum cum cryſtallis infitis, in marmore metallico albo Gottesbergenſe Sil. (T.244.)
26. Minera arg. Bohemica ex meris granatis conſtans (T.257.)
27. Minera arg. nigra Freibergenſis, foliolis argentei ſplendoris inſperſa (T.259.)
28. Minera argenti cinerea prope Neoſol. ſpiculis ſplendentibus (T 277.)
29. Argenti maſſa genuina absque recrementis, e fodina *dem Römiſchen Adler* eruta Joh. Georgenſtadtenſis (T.285.)
30. Minera argenti ejusdem loci in tabulis, ex marmore metallico compoſitis (T.287.)
31. Minera arg. Neoſolienſis, cui cuprum ineſt, colore rubro variegata (T.304.)
32. Minera ejusdem loci cinerea prominentibus ſtriis paucis cryſtallinis (T.305.)
33. Argentum capillare quarzo albo copioſe inhærens Schneebergenſe (T.311.) convenit c. del. quam dedit *Ferrand. Imperatus* H ſt. Natur. Libr.XVI. p.516. Mineras has item alias argento dives deſcr. *Petr. Albinus* Meiſniſcher Berg-Chronica Titul.IV. pag.40.ſeqq.

34. Mi-

34. Minera argento dives Schemnicenſis (T.329.)
35. Minera inſperſa argento nativo rubro (T.331.)
36. Minera Schemnicenſis nitidiſſima, cui multum argenti ineſt (T.332.)
37. Argentum capillare adnatum bracteis albis marmoreis Schneebergenſe (T.333.)
38. Argentum nativum absque recrementis Norwegicum, inhærente ſtria cryſtallina alba (T.335.)
39. Minera argenti aſpera Andreasbergenſis cum quarzo albo mixta (T.336.)
40. Argentum rude atrorubeſcens e fodinis metallicis Johann-Georgenſtadtenſibus (T.337.)
41. Minera argentifera ſubrubra ejusdem loci, cum multo pyrite (T.340.)
42. Argentum nativum album Gottesbergenſe (T.341.)
43. Minera argenti Leiſersdorffenſis alba (T.342.)
44. Minera argenti parumper gleboſa, de montibus Hercyniæ (T.343.)
45. Argentum per fuſionem in aquam mire figuratum, & in particulas redactum (T.350.)
46. Argentum purum Leutſchovienſe absque recrementis (T.352.)
47. Minera in ſaxo albo Marienbergenſis (T.361.)
48. Argentum capillare criſpatum, plumbo & cryſtallis albis inſitum, ex Lotharingia (T.364.)
49. Argentum genuinum ita dictum rubrum Ranicenſe egregium, prope Freibergam (T.365.)
50. Argentum nativum Hungaricum in quarzo albo (T.367.)
51. Argenti minera genuina, marmore albo metallico mixta (T.372.)
52. Minera argenti ex meris granatis compoſita prope Hirſchbergam Siles. (T.64.)
53. Argentum nativum Schneebergenſe, in quarzo albo (T.117.)
54. Minera argenti genuina in ſaxo albo Gablauenſis (T.118.)
55. Argentum nativum criſpatum Joh. Georgenſtadtenſe (T.131.)
56. Minera argenti genuina rubra & alba Schemnicenſis Hungarica elegantiſſima, cui aurum ſimul ineſt, X. lothones ponderans (T.209.)

Digitized by Google

57 Minera argenti genuina rubra & alba, ex qua marcaſita aurea ſimul emicat (T.221.)
58. Minera Schemnicenſis alba, prominentibus lamellis argentiferis inter ſtrias cryſtallinas (T 376.)
59. Argentum nativum aſperum, ſ. variis protuberantiis præditum ejusdem loci, cum cryſtallis inſitis (T.377.)
60. Minera argenti genuina rubra Andreasbergenſis, in marmore metallico albo (T.378.)
61. Minera argenti ſquamoſa ibid. frequens, cum multo pyrite mixta (T.379.)
62. Minera argenti immatura alba Schemnicenſis *aus dem Wind-Schacht* (T.386.)
63. Marga mollis alba ex Comitatu Cepuſienſi Hungariæ, cui argentum ineſt (T.387.)
64. Minera argenti rubra Chemnicenſis Saxon. cum raro pyrite (T.388.)
65. Minera argenti cinerea Dittmannsdorffenſis Sileſiæ, *aus der Gabel GOttes-Zeche* (T.404.)
66. Minera argenti alba genuina in marmore metallico ejusdem coloris, Gottesbergenſis Sileſiæ (T.407.)
67. Minera argenti genuina alba elegantiſſima in quarzo albo ære inſperſa Freibergenſis (T.523.)
68. Argentum capillare ſubtiliſſimum ſ. criſpatum in ſaxo nigro Schneebergenſe (T.540.)
69. Minera argenti cornea ſolida (T.545.)
70. Minera argenti genuina ex meris filis argenteis compoſita Johann-Georgenſtadtenſis (T.550.)
71. Minera argenti genuina Neoſolienſis quarzo albo inhærens (T.552.)
72. Minera argenti genuina nigra Freibergenſis (T.553.)
73. Minera argenti genuina cornea Johann-Georgenſtadtenſis (T.554.)
74 Minera argenti genuina cui aurum ineſt ex Tranſilvania (T.556.)
75. Minera argenti genuina rubra Marienkirchenſis Alſatiæ (T.557.)
76. Minera argenti genuina Norwegica, in ſaxo albo (T.558.)
77. Minera argenti genuina Moſcovitica (T.559.) 78. Py-

78. Pyrites tabulatus, cui multum argenti ineſt (T.560.)
79. Minera argenti genuina Finlandica Hyalæ effoſſa (T.562.)
80. Pyrites tabulatus in matrice Freibergenſis, cui multum argenti, & parum æris ineſt. (T.567.)
81. Minera argenti Haſſiaca cinerea (T.569.)
82. Minera egregia Hungarica argento dives (T.570.)
83. Minera argenti genuina Schemnicenſis, per exhalationes ardentes corrupta *(ſo die Witterung in denen Bergen verbrannt)* (T.584.)
84. Marga alba Schemnicenſis, cui argentum ineſt (T.585.)
85. Minera argenti Schmuckſeiffenſis Sileſiæ (T.587.)
86. Minera argenti de auro & ſulphure participans, prope Schmiedebergam, *von krummen Hübel* (T.588.)
87. Minera argenti cinerea, cui cuprum ineſt ex Bohemia, *von St. Peter* (T.616)
88. Minera argenti in ſaxo cinereo Molchenſis, prope Marienbergam (T.623.)
89 Minera argenti genuina alba Braunsdorffenſis (T.624.)
90. Minera Bohemica *von Hohen Elb*, Chalybem politum referens, cui multum argenti & parum æris ineſt. (T.410.)
91. Minera argenti Zuckmantelenſis alba ſplendeſcens. (T.441.)
92. Argentum genuinum album, cum vena æris viridi & cœrulea, in marmore metallico albo transcurrens, Tyrolenſis (T.458.)
93. Minera argento dives cum Cryſtallo montana Schneebergenſis (T.489.)
94. Minera noviter inventa Reichſteinenſis nigra quaſi foliolis argenti inſperſa (T.498.)
95. Minera argenti Peruana ex meris filis ſubtiliſſimis conſtans, Hiſpanis Aranna dicta.
96. Minera argenti genuina alba Chemnicenſis auro dives, *aus dem Pacher-Stollen* (T. 627.)
97. Minera argenti genuina alba cum foliolis auri inſperſis ex Tranſylvania (T.631.)
98. Minera argenti genuini flammulæ marmori metallico nigro & albo inſperſæ (T.637.)

AR-

ARTICVLVS III.

Mineræ Æris.

1. Minera æris Goslarienſis genuina, ſ. ex monte Rammelsberg (T. 5.) Montem & mineras deſcripſ. *Petr. Albinus* in der Meisniſchen Berg-Chronica Tit. XIII. pag. 111. ſeqq. *G. E. Löbneys im Bericht von Berg-Wercken* fol. 77.-84. it. *Chriſtianus Berwardus* in Interprete Phraſeologiæ metallurgicæ pag. 29. ſeqq. de tractatione prc. minerarum illarum vid. *Dav. Kelneri* Praxis metallica curioſa pag. 241. it. pag. 292. ſeqq.

De Ære alias *Dn. Chriſtianus ab Helwich* Schediaſma publicavit, quod reperitur in appendice Ephem. *Natur. Curioſor.* Dec. III. An. VII. & VIII. pag. 143.

2. Minera æris alba ejusdem loci (T. 7.)

3. Minera æris ſolida, colore flavo, ibidem eruta (T. 8.)

4. Minera æris ex monte Rammels-Berg ſemel toſta rubicunda. (T. 10.)

5. Minera æris bis toſta friabilis, in qua ſulphur emicat, vulgo *Gahr-Ertz* (T. 11.) Toſtionem hanc deſcr. ſupra allegatus *Löbneys* L. C. fol. 80. & 81.

- - - fruticoſa 166.
- - - maritimæ conus 164.
Pinaſtrum 164.
Pinus ſativæ conus 164.
- - - conus lapideus 225.
Piper Braſilienſe 173.
- - - Æthiopicum 174.
Piſa Indiæ Orientalis 172.
Piſcis quadrangularis 116.
- - - triangularis ibid.
- - - cornutus 117.
Piſolithus 67. 86. 225. 226.
Plumbi mineræ 65. 86. 87. 272. - 275.
Pnigites 237.
Poculum ex nuce Palmæ 163. 315.
- - - ex argento Granatis diſtinct. 305.
Polyedrum 319.
Polygonum vitrum vid. Polyedrum.
Porcellain vid. Murrhina vaſa.
Porcellana concha 152.
Porus cervinus 166.
Precatoriæ ſphærulæ 41. 316.
Priſma triangulare 319.
Prunum lapideum 226.
Pſeudodamas 178.
Pſeudocorallium vid. Corallium.
Pſoaſites 236.
Pugio Turcicus 307.
- - - Romanus 310.
Punctularia 214. 215.
Punica mala 171.
Purpura 151.
Pyrenes 226.
Pyrites 202.

Q.

Quercus marina 165.
- - - veſicularis 175.

R.

Radix cordata 172.
- - - miraculoſa 11. 63.
- - - Serpentariæ Virginianæ 172.

Raja piſcis 39. 94. 97.
Rana peregrina 109.
Ranæ ſceletus 109.
Reliquiæ 5.
Retepora 215.
Rhinocerotis avis cornu 109.
- - - quadrupedis cornu 63.
Ricini Americ. ſemen 173.
Rhodites vid. Roſoites.
Roſa prolifera 167.
- - - ſalicum 167.
- - - quernæ arb. ibid.
Roſoites 181.
Roſtrum avis Rhinocerotis 109.
- - - Abardeolæ ſ. Pelicani 110.
- - - Corvi Americani 110.
- - - Picæ Braſilienſis 110.
Rotularia 215.
Rubinus 188.
Rubrica 302.
Rupicapræ cornua 106.

S.

Sabatili ſemen 170.
Sabuloſus lapis vid. Oſteocolla
Sacellum 3. 6. 9. 13. 20. 21.
Saccharifera canna 160.
Sagittæ Tartaricæ 46. 310.
- - - Turcicæ 307.
- - - Indicæ 310.
Sal 40. 75. 86. 87. 288.
- - - ex Sale cryſtallino ſtatuæ 314.
Salamandra 115.
Salix monſtroſa 168.
Sangvinalis lapis 188.
Sapphyrus 179. 188.
Sarda 179. 188. 189.
- - - alba 64.
Sardonyx 40. 179. 180. 189.
Saxum 202. 203.
Saxorum medulla 202.
Saxum ſuillum 203.
Scarabæus Ind. Orientalis 111.
- - - Monoceros ibid.
- - - Cervinus ibid.
- - - Buceros ibid.
- - - Aquaticus ibid.
- - - Pictus ibid.
Sceletus Abortus 91.
- - - Partus monſtroſi 92.
- - - Teſtudinis 98.
- - - Ranæ 109.
Schapedarmtje 127.
Sclopetum Turcicum 310.
Scolopendra 97.
Scolopendrites 190.
Scoria 86. 287. 288.
Scorpio Javanus 39.
- - - Ceilanicus 107.
Scorpionum ova 107.
Scripturæ exoticæ ſingul. 38. 43. 63. 311. (312.
Scriptoriæ pennæ 316.
- - - inſtrumentum pro temperandis 317.
Sculpturæ vid. Tabulæ æneæ.
Scyncus marinus 114.
Secale Sicilianum 168.
- - - miraculoſum ibid.
Selenites 215.
Semen Sabatili 170.
- - - Ganitri Ambonenſe 173.
- - - Ricini Americani ibid.
Sepites 190.
Serpentaria Virginiana 172.
Serpens 99.
Serpentum exuvia 99.
- - - - petrefacta 127.
- - - coronæ 100. 101.
Serpentinus lapis 236. 237.
Serra piſcis v. Xiphia piſcis.
Sigillum Turcicum 189. 308.

Sigillum Moſcoviticum 308.
Silex perforatus 215.
Sipho 47.
Smaragdopraſius 180. 190.
Smaragdus Orientalis 40. 180. 190.
Solea lingulata 116.
Solen 127. 128.
Speculum cauſticum 318.
- - - anamorphoticum 319.
Specularis lapis 203.
Spongites 226.
Spondylus 125.
Spondylolithi 208.
Stalactites 86, 203. 204.
Stalagmites 215.
Stanni mineræ 65. 86. 87. 270. 271, 272.
Steteræ ſingulares 46.
- - - Sinicæ 308.
Statuæ modern. 3. 7. 8. 9. 14. 15. 22. 29. 42. 43. 61. 62. 75. 303. 315. 316.
- - - vetuſtæ 13. 21.
Stavrolithos vid. Crucifer lapis.
Stelechites 226.
Stellæ marinæ 39. 119. 120.
- - - Judaicæ 215.
Stellares lapides vid. Aſtroitæ.
Stentorcus tubus 321.
Stigmites 214.
Strombi 141.
Sturio 119.
Sturionis ovula 122.
Stylus Vet. ſcriptorius 309.
Suberis arboris fructus 175.
Succinum 66. 75. 291-293.
Succini Mater 291.
Suffimentum Japonicum 308.
Suggeſtus 6. 15.
Suillus lapis 203.
Sulphur 294--296.

T.

Tabaci capſellæ 312, 313.
Tabaci fiſtula Turcica 307.
- - - Sinenſis 308.
- - - Tartarica ibid.
Tabernaculum 4.
Tabulæ ex argento & metallo 4. 10. 29. 317.
- - - ex Succino 313.
- - - pictæ præſtantiſſimæ 6. 12. 13. 21. 22. 43. 49. 53. 61. 82. 88. 311.
Tabula anamorphotica 311. 319.
- - - Optica 318.
- - - Sinica 308.
- - - ex cera 28.
- - - ex ebore 316.
- - - ex oſſe ſæpiæ 29.
- - - ex floribus 159.
- - - ex ſeminibus 159.
Tabulæ æneæ 26. 29. 43. 51. 52. 61. 84. 85. 311. 313.
Talcum 281. 284.
Tarantula Perſica 112.
- - - ex Apulia ibid.
Taliſman 335.
Talpa 123.
- - - Capenſis 118.
Tartarus 204.
Tedæ arboris conus 164.
Teleſcopium 318.
Tellina 132. 249. 250.
Tellinites 249. 250.
Templum D. Johannis 2.
- - - ad St. Crucem 11.
- - - D. Virginis 12.
- - - D. Vincentii 13.
- - - D. Eliſabetæ 13.
- - - D. Mar. Magdalenæ 14.
- - - D. Barbaræ 18.
- - - SS. JEſu 19.
- - - D. Alberti 21.
- - - D. Dorotheæ 21.

Templum S. Corporis Chriſti 21.
- - - S. S. Trinitatis ibid.
- - - D. Claræ 21.
- - - D. Urſulæ 21.
Terebinthinæ ramus 172.
Terra ſigillata 40. 86. 88. 296-301.
- - - foliata Sicula 294.
Ex Terra ſigillata urceus 314.
Teſtacea marina vid. Conchylia.
Teſtudo 97. 98.
- - - marina 39.
Theæ flores 170.
Thermometron 320.
Thracius lapis 190.
Thurus marinus 116.
Topazius 63. 66 180. 190.
Tophus 204. 205.
- - - Undulatus 216.
- - - Equi 39.
- - - Cervi 64.
- - - Juvencæ 121.
- - - Vitulinus 121.
Tormentum 45. 321.
- - - Pnevmaticum 52.
Tornatæ res 62. 306. 307.
Trichites 205.
Triticum Sicilianum 168.
- - - miraculoſum ibid.
Trochiſci Cypheorum 303.
- - - de Vipera ibid.
Trochitæ 237.
Tubera terræ 171.
Tubularia 216. 218.
Tubuli vermiculares 126.
Tubus opticus 318.
Turbo 135.
- - - cylindroides 144.
Turbinites ſ. Turbo petrefactus 86, 250.
Turcois 40. 180. 190.
Turris 13.

V.

Vaccinus lapis 215.
Vaniglię ſiliquæ 171.
Variolites 237.
Vaſcula ex Achate 180. 315.
- - - Sinenſia. 315.
- - - Japonica 314.
- - - Delphenſia 315.
- - - ex Alabaſtro ibid.
- - - ex Lap. Serpentino 315.
- - - ex Teſtudinis tegumento 315.
Verdello 203.
Vermicularis lapis 238. 255.
- - - Tubulus 127. 238.
Vertebra lapidea 208.
Veſpertilio 110.
Violacei odoris lapis vid. Jolithus.
Vipera 100.
Vitra antiqua 22. 307.
- - - rubinea 63 305.
- - - e cinere humano 305.
- - - - - tabaci, Ibid.
Vitrum Sinenſe 307.
Vitra tonantia 319.
Vitreæ lacrymæ ibid.
Vitrum Antimonii 63.
Vitriolum lanuginoſum 87.
Vitrioli Mineræ 289. 290.
Vitulinus tophus 121.
Umbilicus marinus 126.
- - - petrefactus 251.
Undulago 216.
Ungvis marinus 128.
Unicornu marinum 106.
- - - foſſile 254.
Unionum mater 128.
Urceus Perſicus 63.
- - - Turcicus 307.
- - - ex Terra ſigillata 314.
Urnæ ſepulchrales 42. 76. 86. 309.
Uſnæa 93.
Uva marina 116.
Vulpis Canadenſis 107.

X.

Xiphia piſcis 39. 98.
Xyloſteum vid. Oſteocolla.

Z.

Zicatlinan 99.

(o)

CAPUT MEDUSÆ

UTPOTE NOVUM
DILUVII UNIVERSALIS
MONUMENTUM.
DETECTUM
IN
AGRO
WÜRTEMBERGICO
ET
BREVI DISSERTATIUNCULA
EPISTOLARI
EXPOSITUM,
AB

EBERH. FRIDER. HIEMERO,
SS. THEOL. DOCTORE,
Sereniſſimo Würtembergiæ & Tecciæ Duci
à Concionibus Aulicis, Confeſſionibus Sacris &
Conſiliis Conſiſtor.

STUTTGARDIÆ,
Literis CHRISTIANI THEOPHILI ROESSLINI,
Aulæ Curiæque Typogr.

INCLYTÆ
SOCIETATIS REGIÆ
PRUSSICÆ
BEROLINI AD SCIENTIAS
PROMOVENDAS
INSTITUTÆ
*REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO*
DOMINO
PROTECTORI,

EXCELLENTISSIMO PARITER

DOMINO

PRAESIDI

ET

RELIQUIS EJUSDEM MEMBRIS

UNDIQUAQUE CELEBERRIMIS

PAGELLAS HASCE

EA QUA PAR EST ANIMI DEVOTIONE

ATQUE OBSERVANTIA

CONSECRAT

AUTOR.

QUi paucas haſce paginas oculis tuis perluſtras, Lector Ben. ante omnia forſitan, quod facilè conjicio, intra Te ipſum quæris, quid ad ſcrutationem lapidum figuratorum vel impulerit me, vel anſam mihi dederit, & qua proinde via ad propiorem præſtantiſſimi ſtudii Lithologici conſiderationem ductus fuerim, ſcire deſideras. Cui juſto Tuo deſiderio ut ſatisfaciam, omnino par eſt, paucis itaque habe.

Cum muneri Paſtorali primùm ad-

moverer, oppidum (*Roſenfeld*) unà cum Collega Diacono curandum ſortitus fui. Loci parvitas, etſi laborum atque onerum non parum ſecum veheret, quandoquidem cura animarum nec levis eſt, nec eſſe poteſt, tantum mihi tamen indulgebat otii, quantum ad tractanda, præter ſtudium primarium officiumque ordinarium, *curioſa* quoque ſufficeret. Nulla autem curioſitas, uti ſapienter nonnemo judicat, homine chriſtiano magis digna contemplatione rerum naturalium: hæc, ſi Theologiam demas, omnium ſcientiarum præſtantiſſima eſt, nulla latior, excellentior, placidior, utilior, imò auſim dicere, divinior. Propiorem vero occaſionem mihi præbebat, quem poſcente ita valetudine, quotannis ſuſcipere neceſſum habui, acidularum uſus, qui cùm liberiorem aërem crebrasque excurſiones ſubinde requirat, inde mihi ſubnaſcebatur opportunitas, montes, qui *Roſenfeldam* circumjacent, totumque tractum montanum, vulgo dictum Heuberg/ frequenter ſatis viſitandi, & ingentem lapidum figuratorum numerum, tum quidem temporis caſu ſaltem, reperiendi.

Sti-

Stimulabat hoc curioſitatem meam, ut & curatius rem penſitarem, & peculiarem collectionem mea ſponte tum inſtituerem, nec tum quidem multa, ſed aliqua tamen rarioris notæ ſpecimina & exemplaria intra ſeptennii hujus decurſum heìc loci colligerem, quorum in numero eſt peculiare quoddam cornu Ammonis, cujus effigiem alio tempore Lectoris cupidi oculis & ulteriori meditationi ſiſtere animus mihi eſt. Quamvis autem ſubſequenti tempore in hoc ipſo collectionis meæ curſu aliquantulum impeditus mihi videbar, quippe cui ad obeundum officium Superattendentis *Diœceſeos Wildbadenſis* vocato, iſtiusmodi montes ipſi perluſtrare non amplius licuit, ab amicis tamen, quibus & hujus negotii curam interdum tradidi, & ſumtus ad id neceſſarios exſolvi, aliquando ſubinde facta fuit acceſſio.

Maximè verò locupletatam vidi ſuppellectilem meam lapideam intra quinquennii hujus, quod per DEI gratiam *Stuttgardiæ* heìc dego, ſpatium. Etenim ab exteris quàm maximè varia hujus generis munera nanciſci mihi contigit, quibus

bus ea præcipuè ſpecimina annumero, quæ à Celeb. D. *Scheuchzero*, ſolertiſſimo rerum naturalium indagatore, accepiſſe me memini, cujus & diligentiam & judicii felicitatem in hoc ſtudiorum genere & hactenus abunde admiratus fui, & ſatis admirari nequeo, cui & totus Eruditorum orbis in enodandis multis difficultatibus, in hoc ſtudiorum genere non infrequentibus, ſummas debet habetque gratias.

Sed nec Patriæ meæ, at quam dulcis! obliviſci me fas eſt, quippe quæ tales hinc inde amicos mihi peperit, quorum pariter facilitati, ſolertiæ atque promtitudini haud ſane pauca me debere, publicè hic teſtatum facio.

Ipſa enim Wirtembergia, quæ alias Regio eſt fertiliſſima, habet ſuos montes, colles, valles, amnes, agros lapidibus, uti vulgaribus magna in copia, ita etiam figuratis hic ibi refertos. Rectiſſimè proinde *Mercator*: ubi Neccarus, ait, in campeſtria diffunditur, tota felix, to-„ ta beata eſt: undique Bacchi colles, her-„ bida prata, fertiles agri, copioſus ubique „ vini, frumenti pomorumque proven-„

tus

tus. Regio itaque fertiliſſima eſt, ita „
ut cum optima in Germania parte cer- „
tare queat. Ea autem pars, quæ con- „
finis Hercyniæ, tum quæ Suevicis Alpi- „
bus eſt contermina, ſubaſpera & vitibus „
inimica, ager in alpibus lapidoſus. Ar- „
genti quoque fodinas hic Ducatus ha- „
bet haut procul à *Wiltbergo*, & dicitur „
Bulachium. Oppidum totum æris fodi- „
nis ſuperſtructum producit & ferrum & „
æs. Reperiuntur etiam lapides elegan- „
tibus & variis coloribus, ut plurimùm „
tamen cœruleo diſtincti, ut videatur et- „
iam natura molita eſſe hoc loco gem- „
mas producere. „ Huc usque *Mercator*.
Quas ergo Patriæ meæ grates me debere ſupra jam profeſſus ſum, easdem hic repeto & in perpetuum animi mei teſtimonium lubens appono. Præprimis autem inter multa ſoli loca minimè omnium obliviſcendum mihi duco *Cœnobium Blabyrenſe*, & primus quidem in eo nominandus venit *Sum̃e Reverend. Dominus Abbas Weiſſenſee*, cujus egregius in me favor in exornando Lithophylacio meo pulcherrimis *fungitis* orbicularibus, oris intus reflexis, pileolo lato, aſtroitis, ſtellis maxi-

mis, alta mente repoſtus manebit. Aliorum vel locorum in hoc genere abundantiam, vel amicorum induſtriam pluribus commemorare jam non attinet. Fœcundiſſima vera omnium atque præſtantiſſima regio ea mihi videtur eſſe, quæ milliaris circiter ſpatio *balneumBollenſe* circumjacet, lapidum tam figuratorum varii generis, quam fiſſilium in ſpecie magna copia abundans. Reperitur etiam prope *Ombdam* pagum fodina fiſſilium non mediocris profunditatis & latitudinis, in qua hæc ipſa, cujus effigiem in fronte vidiſti, tabula fuit reperta. Jam vero facile quidem intelligo, multa forte eaque longe rariora ſpecimina in aliis hinc inde Muſeis aſſervari; cum tamen a Viris eruditis, quibus & agrum Wirtembergicum peragrare placuit, & collectanea mea tam in ſtudio Numismatico, quam Lithologico, perluſtrare haud grave fuit, eo fuerim ſtimulatus, ut tabulam hanc ſciſſilem æri inſculpendam curarem, facilem huic admonitioni me exhibiturus pertenues meas meditationes, quidve ex ejus conſideratione in ſtudio Lithologico profecerim, adjicere nullus dubitavi.

&

Et hic quidem primum, quod a me vel deſiderari vel poſtulari poſſit, id eſſe facile video, ut hanc ipſam Tabulam vel a loco, qui hoc Cimelium mihi peperit, vel ab inventionis occaſione, vel aliis circumſtantiis ac proprietatibus, longitudine, latitudine, figura, & ſi quid præter hæc conſiderari ſolet, prolixiore ſtylo deſcribam. Cum vero ea vix reperta Celeberrimum rerum naturalium Scrutatorem gaudii mei ocyus participem fecerim, en! literas utrinque hac de re reciprocatas, quas nec ſupervacuas nec inutiles fore arbitror, & quarum altera, prior ſcilicet, quæ tum primum de hoc invento mentem meam ſubierint cogitationes, abunde declarabit.

VIRO

Excellentiſſimo, rerumque naturalium Scrutatori accuratiſſimo, Dn.

JOH. JAC. SCHEUCHZERO,

Medicinæ Doctori & Matheſeos Profeſſori apud Tigurinos Celeberrimo,

Felicitatem exoptatiſſimam,

E. F. H.

NOſti, VIR Excellentisſime, quam varia a variis de lapidibus figuratis vel diſputen-

tur, vel conjiciantur, utpote quorum curatior diſquiſitio vel diligentiſſimos rerum naturalium Scrutatores ſubinde exercuit, nonnullis quidem multas eorum ſpecies ad oſſicula ſtellarum marinarum *referentibus, aliis autèm in re obſcuriore ſubdubitantibus. Cujus quidem incertitudinis ratio ea reddi poſſe videtur, quod vel ſtellæ iſtiusmodi marinæ in profundo maris delitescentes oculis* Zoographorum *obviæ non fuerint, vel quod ſaltem particulæ iſtarum minutæ,* aſteriæ *ſcil. &* Entrochi *&c. ſeparatim, non autem integri rami & brachia ex ejusmodi entrochis compoſita hactenus fuerint inventa.*

Fateor, & me unum ex iſtis tam curioſis, quam infelicibus extitiſſe, cui, quantumvis ſollicite & anxie inquirenti, lapides tamen iſtiusmodi ad regnum animale referre, fuit adeo difficile, ut mihi potius varias iſtiusmodi figuras intuenti attenteque conſideranti perpetuum animo infixum hæſerit dubium. Nunc autem tabula quadam fisſili haud mediocris magnitudinis felicisſime a me inventa ſtudioque meo effoſſa, mihi quidem ænigma hoc pene ſolutum, reique antea obſcuræ haud exigua lux affuſa eſſe videtur, quæ perſuaſio quam certa ſit, quam ſolida, maturius penes eruditiores velim eſſe judicium. Complectitur autem Ea, cujus delineationem qualemcunque hac ipſa

ipſa occaſione TIBI, VIR Excellentisſime, communico, in longitudine pedes quatuor, in latitudine tres cum 4. cubitis, multis inſuper iisque diſtinctisſimis ramis & brachiis majoribus totam tabulam longitudine adæquantibus, minoribusque imo minutisſimis egregie & ad admirationem uſque picta & exornata. Brachia ſive rami majores conſtant ex meris entrochis perpetua quadam articulatione ſibi invicem unitis, ita quidem ut ex uno ramo alii proveniant, bini, trini & plures, & deſinant denique in congeriem innumerorum minorum & minutisſimorum ramorum ſubinde graciliorum floris cujusdam effigiem egregie præſentantium. Fruſtulo a majore quodam ramo decerpto & tepida aqua abluto, entrochus comparuit Pentagonus, coloris cinerei, duritiei inſignis, materiæ ſeleniticæ, in utroque ſuo plano quinque lineolis notatus. Reliqui rami minoris & minimæ magnitudinis in figuram, uti dixi, floris abeuntes non aliter atque ipſa animalculi cujusdam osſicula articulatione ſua proxime unita apparent. Hiſce omnibus diligenter & attente conſideratis maxima rei lux affundi poſſe videbatur, ſi lapis iſte cum ipſo Capite Meduſæ a Rumphio *deſcripto compararetur. Inſtituta itaque collatione*

ne, perfecta omni ex parte ſimilitudo fuit deprehenſa, maxime quoad pedes Capitis Meduſæ, de quibus Rumphius *refert, quod innumeri conſpiciantur peduſculi, ſuos diſtincte ſervantes articulos, in congerie fibras floris cujusdam repræſentantes, quibus beſtia hæc, ſive monſtrum horrendum, ingens tanquam pedibus incedat, licet tam deformibus, ut congeriem potius millepedum & anguiculorum eſſe dixeris; quas figuras ad unam omnes in lapide noſtro fiſſili accuratisſime, etiam quoad minutisſima, obſervare licuit. De capite hujus beſtiæ, & quonam in loco lapidis ſeu laminæ meæ illud ſedem ſuam habeat, certi nihil pronuntiare auſim, præſertim cum ipſe* Rumphius *aſſerat, quod ex ramis majoribus eorumque juncturis efficiatur & peculiare corpus haud conſtituat.*

Manet tamen nihilominus ſalva Collatio inter Caput Meduſæ & lapidem noſtrum fiſſilem meo quidem judicio inſtituta: Quid enim aliud eſt in rerum natura, quod huc quadret, niſi ipſa figura monſtri iſtius marini a Rumphio *deſcripti? Qua ratione autem a mari ad nos pervenerit, (repertus enim eſt lapis noſter in quadam Ducatus Wirtembergici fodina, ex qua tegulæ pro ædibus* (die Dächer mit Schiffer an ſtat Ziegel zu decken/) *eruuntur,) nec Oedipus facile divinabit; alio certe fato fieri non potuit, niſi per diluvium.*

Hoc

Digitized by Google

Hæc meletemata, quamvis non omni prorſus fundamento carere mihi videantur, tam explorata tamen non ſunt, ut eis pertinaciter adhærere in animo habeam, ultro potius omnibus iis renuntiaturus quæ Virorum præſtantisſimorum ſuffragiis non merentur ſuffulciri. Quapropter nihil in votis magis habeo, quam ut Tuum, VIR Excellentisſime, calculum conjecturis meis vel adjicias, ulterioremque explicationem, ſiquidem non erraverim, affundas, vel me pro ea, qua polles in rebus naturalibus, perſpicacia, ſi credulus nimis fuero, ab errore meo liberes.

Hanc menti meæ tum inſediſſe ſententiam, vel opinionem potius, quam primum novum hoſpitem intentiore contemplabar oculo, probe adhucdum memini, & ingenue aſſerere audeo. Quam prope veritatem attigerim, aut quibus tandem argumentis nixus univerſalem pro hac opinione aſſenſum vel adprobationem ſperare audeam, id & infra plenius exponetur, & ex reſponſoria Celeberrimi D: *Scheuchzeri* epiſtola aliquo modo diſpaleſcet. Ubi ſane fateri cogor, idem mihi accidiſſe, quod viatori interdum ſolet, qui ſub diluculum certa quidem via, ſed incerto tamen atque ſubdu-

dubitante greſſu timide progrediens aliquem tandem invenit, qui viæ magis gnarus & recto tramite eum hactenus iviſſe docet, & ſtrenue pergere jubet. Paria mihi accidiſſe, ex ipſis his, quas annexas vides, literis conſtare poteſt, quippe qui per ſat longum temporis ſpatium recto quidem tramite, ſed vacillante paſſu decurrens aliquem tandem nactus ſum, qui timiditati meæ conſuluit, & me non recte tantum ambulaſſe edocuit, ſed &, ut ipſe id reſciſcerem, effecit. Tuo itaque, L. B. conſpectui expoſitam hic vides Viri Celeberrimi epiſtolam, plenius forſitan declaraturam, quænam & de ipſo lapide reperto, & de meis, quas tum primum animum ſubire paſſus ſum, cogitationibus perſpicaciſſimo Viro ſteterit ſententia.

Omiſſo Titulo.

DOMINO

EBERH. FRIDER. HIEMER,

S. Theol. Doctori Celeberrimo,

Seren. Wirtemb. Ducis Conſiliario, & Concionatori Aulico

S. P. D.

JOH. JACOBUS SCHEUCHZER.

EO vivimus ſeculo, quo veritates in omni ſcientiarum genere plurimæ e profundo veluti

luti protrahuntur puteo. Manus jungit amicas Philoſophia Religioni, hæc illi. Sit, ut abſque ambagibus ad rem propius accedam, exemplo inundationis illius fatalis hiſtoria, quam tradit ſcriptura, ſuffulcit natura. Nec forte conſideratione Tua, Reverendiſſime Præſul, indignum, quod ubique terrarum reliquiæ Diluvii & maximo ſtudio quærantur, & inveniantur, non a nobis duntaxat, qui hiſtoriæ naturali operam navamus ex profeſſo, ſed & a Principibus, Politicis, Theologis. Quod veritas hæc, maximi ſane pro hiſtoria telluris momenti haud ſuperet viliſſimi hominis captum: quod haud ignota ſint ναπίοις, *quæ ſcire nolunt, & refutare haud poſſunt* σοφοί. *Fatendum equidem, in Reliquiarum hiſtoria inter innumera indubia, & originalibus ſuis ad amuſſim congrua occurrere aliquando, quæ, quia forte pelagia, nullibi habent ſeu in littoribus, ſeu in muſeis ſua analoga.*

In hac claſſe numeravi hactenus pleroſque Entrochos & Aſterias, quæ quidem figurata retuli ad ſtellas marinas, ſed defuit mihi a mari ſejunctisſimo collatio cum hiſce. Sub ſolo autem aſteriarum & entrochorum titulo ſpecies numero 40. in Lexico meo Diluviano, quarum omnium fere marina deſunt exemplaria. Luſtris, imo integro forte opus eſt ſeculo pro redigendis anoma-

lis ad ſuas claſſes. Accolis maris deficiunt foſſilia mediterranea, ſed & rari admodum ſunt labores anatomiæ corporum marinorum, imo ſceletorum ipſorum, inſumendi: nobis, qui mediam incolimus continentem, deſunt marina. Sunt & ipſa ſæpe foſſilia manca, partibus ſuis mutilata, nonniſi in umbra reſidua, ex qua qui cito hariolatur, facile præjudicat & ſibi & veritati. Aſterias habuimus hactenus vel ſingulares, a ſociis ſejunctos, vel in eadem linea contiguos, paucisſimos ramoſos: in Anglicis ſuperſunt paſſim ramulorum truncis ſuis inſertorum veſtigia. Et tamen in ſcriptis meis, nominatim Oryctographia *p.* 322. *conjecturam feci de* Capite Meduſæ. *Et felicem Te, rari Cimelii, cujus iconem affabre confectam mecum benevole communicare dignatus es, poſſeſſorem! qui Te primo, & me, aliosque rerum naturalium ſcrutatores vel dubiis liberas, vel in conjectura propius ad veritatem ducenda firmas! Id Meduſæ Caput, cujus effigiem dat* Rumphii *commentator, depictum eſt ex muſeo* Aqueti*: primum Rumphii genus cum foſſili Tuo convenit, Te etiam obſervante, ramoſis extremitatibus floris adinſtar expanſis.* Van onderen ziet men in tweereyen ontelbaare kleene witte

te voeties ſyn gekartelt, met een geel nopie vooraan, als of het draadies van een Bloem waren, waar mede dit Beeſt zynen gang verrigt, zoo yſſelyk van gedaante, dat men voor een klomp van duyzendbeen of kleene ſlangeties zoude aan zien. *Sed propius, pace Tua, ad monadicum Tuum foſſile accedere, mihi quidem, videtur* Caput Meduſæ *ſecundum, quod prælongos habet ramos, unos ex eodem puncto aliis longiores aliisve transverſis unitos, mire invicem implexos*, die verwiſſelt tegens malkander ſtaan, en dezelve eindelyk weder in andere dwarsdraadies. *Sed dolendum, deeſſe utriusque hujus monſtri marini icones, ut non omnino certi eſſe poſſimus, an ad hanc illamve ſpeciem præciſe redigi debeat hoc* ὀρυκτὸν, *vel ad aliam adhuc ignotam. Ex icone Tua collata cum deſcriptione video, illam eſſe hac longe minorem; deſiderarem quam maxime fragmentum ſaltem delineatum nativa magnitudine, quoniam de pedalibus*

& ſesquipedalibus ramis indiviſis loqui video Rumphium, imo vero pro Muſeo meo Diluviano, vel, patere μεγαφρῶντα, *Theſauro, cujus ideam mitto, exoptarem quam maxime fruſtum, ſi haberi poſſit, minoris ſaltem moduli, cujus acquiſitionem, imo & rariſſimi Tui foſſilis typum ære ſculpendum Excellentiæ Tuæ commendo. Id autem crucem figit quam maxime, quomodo Meduſæa hæc capita vel ex Caſpio, vel ex Indico mari in haſce noſtras oras fuerint translata? Obſervaſti haud dubie, Vir perſpicaciſſime, in meis Oryctographicis conjecturam, fuiſſe Helvetiam (Rhætia excepta & Valleſia) una cum Ducatu Veſtro Wirtembergico, & forte magna Germaniæ parte, ante diluvium mare, in cujus fundo & cornua Ammonis, & ſtellæ marinæ, Echini & teſtacea fuere, quæ hodie vel nunquam vel rariſſime littora ſalutant, neque tempeſtatibus furentiſſimis locis ſuis natalibus amoveri ſe patiuntur. De conchyliis levioribus, plantis, animantium cadaveribus præſumere facile licet, potuiſſe ex remotis etiam oris transferri, ſed de gravioribus conchis, quæ roſtra habent adunca, oſtreis, tardigradis ſtellis, Echinis non item. Conjectura eſt, fateor, non veritas, ſed quæ refutari nequit, niſi ex primi orbis, ſi quæ prodibit aliquando, mappa.*

Ha-

Habes hic, B. L. ea, quæ inter utrumque noſtrûm de hoc argumento fuere reciprocata. Quæ dum ponimus, eo minus ſuſpicari ſubit, ægre laturum eſſe VIRUM Celeberr. quod ſuas Ipſiusmet literas publicæ luci expoſitas a nobis heic videt, quo magis perſuaſi fuimus, tanto plus fidei effecturas eſſe in Lectorum animis tenues noſtras cogitationes, quo magis ipſius auctoritate, quæ in hoc genere magna eſſe debet, fuerint ſuffultæ, quas ipſas in ſequentibus breviter aperire animus nunc eſt.

Et primo quidem nunquam impetrare a nobis potuimus, ut Cimelium noſtrum lapideum pro mero luſu naturæ haberemus, cujus quippe nec definitionem proferre, nec, quid ſit, ſufficienter nos edocere ipſi hujus ſententiæ acerrimi propugnatores hactenus potuerunt, & quem proinde nos potius pro luſu phantaſiæ & imaginationis habuimus & habere inpoſterum malumus, quam vaga ejusmodi nomenclatione talia ſtatuere atque ſcribere, quæ ſapientisſimo Naturæ Creatori & Conſervatori, quin & ipſi Naturæ vel tantillum detrahere apta

forent. Equidem non nos fugit, Celeberrimum in Academia Altorffina Medicinæ Doctorem & Profeſſorem Joh. Jac. Bajerum in *Oryctographia* ſua *Norica* luſui naturæ peculiarem inter lapides figuratos claſſem aſſignaſſe, en! propria ipſius verba, quæ huc tranſcribere non piguit: Quando luſum naturæ appello, indeque figuratos quosdam lapides oriri ſtatuo, neutiquam exiſtimandum eſt, quaſi cum vulgo ſuperſtitioſo mihi concipiam agens aliquod, a DEO diſtinctum in hoc univerſo, præſertim globo terraqueo creaturas corporeas dirigens atque modificans, interdum etiam in iisdem otioſe ludens, & abſurda veluti monſtraque ſæpius producens, quale quid ſeorſim circa lapidum efformationem cernere liceret: verum hoc ſolum intendo, ut liberum mihi ſit, vocabulo luſus naturæ idem, quod alii ſolent, profiteri, nempe ignorantiam genuinæ origiginis & cauſæ (hoc quidem loco) figurarum in quibusdam lapidibus.
Hunc

Hunc igitur in cenſum veniant omnes ii lapides, qui vel ſui generis figuram oſtendunt, vel etiam, ſi aliorum corporum formas imitantur, minus tamen perfecte id præſtant, ſed aut mole & extenſione, aut notis characteriſticis aliis deficiunt, ita ut e rebus, queis utcunque aſſimilantur, ortum traxiſſe, nullatenus probari queat. Patet vero ex his, ita loqui Virum Doctiſſimum, ut facili interpretationi locus eſſe, animusque Lectorum nulla prorſus ratione offendi poſſit; cum contra, qui hanc opinioni ſuæ formam induunt, ut, hos vel illos lapides incertæ originis eſſe, tota die clamitent, nihil dicant, quo eruditi orbis informationi atque deſiderio ſatisfieri poſſit, quandoquidem, hunc in modum de luſu naturæ loqui velle, nihil aliud eſt, quam ſuam ipſius confiteri ignorantiam. Neque etiam ignoramus, lapides Florentinos, in quibus figuræ arborum, plantarum, arcium, turrium quandoque Geometricæ conſpiciuntur, pro luſu naturæ habuiſſe de la Fay *in Hiſtoir. de l' Acad. Royal.*

des

des ſciences année 1717. Ubi tamen ſuſpicari pronum eſt, nihil aliud intendiſſe Virum Eruditiſſimum, quam ut iſtiusmodi lapides in claſſem incertam & anomalorum, quo nomine apud Celeberrimum & Doctiſſimum Anglum Luidium *in Lithophylacio* ſuo veniunt, translocaret. Nos quidem quod attinet, ingenue fatemur, nec tolerabile nobis fuiſſe, nec fere poſſibile, ut vocabulum hoc luſus naturæ lingua ſaltem, vel auribus, uſurparemus, hocque eo magis, quo recentiora quotidie eaque elegantiſſima de lapidibus figuratis proſtant exemplaria, quæ, quid olim fuerint, & unde ita extiterint, firmius ſubinde evincunt, ac de iis proinde, quæ caſu ſaltem ita contigiſſe leviores animi hactenus crediderunt, in ſummam Creatoris gloriam & naturæ ſplendorem ſolidam pariunt informationem, & erga alios quoque demonſtrationem. Conf. Sagaciſſimi D. *Caroli*, Medici Oeringenſis Celeberrimi docimaſia foſſilium, ubi *tales*, qui ita loquuntur, *revera luſus ludere & nihil præterea agere judicat.* Add. qui paſſim & ſolide de hoc argumento diſputat,

Bütt-

Büttnerus & inprimis, qui ab hoc allegatur, communi eruditorum calculo omni laude digniſſimus, Excellentiſſimus Dominus *Stahlius*. Et hæc hactenus de luſu naturæ ſatis ſuperque dicta eſſe arbitramur.

Neque vero 2dò multo facilius Lectori noſtrique Cimelii ſpectatori ſatisfieri poſſe cenſemus, ſi Clariſſ. *Rüdigeri*, Medicinæ Doctoris ſententiam adoptaverimus, quam in Phyſica ſua divina exprimit, omnesque ejusmodi lapides corpora eſſe intermedia ait inter lapides, plantas & animalia, quorum referant figuram.

Neque 3tiò, quando gratis ſane & ſine ullo fundamento aſſeritur, lapidum ejusmodi figuratorum formam ex cœleſtium corporum irradiationibus gigni, quam ſententiam præprimis fovit *Mich. Mercatus* in opere poſthumo, quod auctoritate & munificentia Clementis XI. Pont. Max. edidit & illuſtravit Joh. Mar. *Lanciſius*, Archiater Pontificius Anno 1717.

Neque 4tò ad Archæum quendam ſubterraneum hic confugiendũ, ad quem, ceu ſpiritum univerſalem ſub terra ope-

roſum & ejusmodi ſpectacula protrudentem plures provocant ; ego vero neſcire me fateor, quid ex iſto Archæo exſculpere vel poſſim vel debeam, ac proinde, cum propiores de Cimelio meo cauſæ & minus fallax origo, in ſequentibus demonſtrandæ, mihi ſuppetant, nullam heic pro inſumta ejus opera gratiam me illi debere prorſus exiſtimo.

An 5tò, quæ a Celeberrimo Carolo Nic. *Langio* tantopere prædicatur, *aura ſeminalis* hoc opus produxerit & generaverit, ſaltem non e veſtibulo ſtatim ita rejiciendum videtur, quam allata hactenus & falſo ſic dicta lapidum figuratorum principia. Neque ego diffiteor, me ipſum ante duo, & quod excurrit, luſtra meum non omnino denegaſſe aſſenſum huic hypotheſi, ita tamen, ut ſemper dubiorum aliquid, vel multũ, mihi remanſerit. Non piget, integram auctoris ſententiam propriis ipſius verbis huc transſcribere, non quidem, de quo L. B. antea monitum volumus, in gratiam eorum, quibus hæc trita ſunt atque vulgaria, ſed illis tantum in ſubſidium, quibus vel cognitio rerum vel ſupellex libraria deeſſe poteſt, ita vero ille.

Hy-

Hypotheſis hæc eſt: Semen ſenſibile & formatum viventium marinorum, cum parvum ſit & leve, vel etiam inſenſibile & non formatum in partibus corporum demortuorum adhuc relictum, aut in ipſa mucedine partium jam putrefacta-rum ſuperſtes hinc inde mediante aëre, vaporibus & aqua levi negotio elevatur, & per apertos terræ poros diffunditur, in ſubterraneis vero partim mediante ipſo calore ſubterraneo, partim halitibus ab aqua ſubterranea, aliisque latentibus ſuccis fluoribusque excitatis, è mari aliisque locis, in quibus deliteſcit, attollitur, & per hiantes ſubterraneos terræ meatus, ſaxorum fiſſuras, ſtratorumque pervia foramina diſtribuitur, ita ut ſæpius tali modo ad extimam terræ ſuperficiem penetret, usquedum in aliquam congruam matricem intra terram, vel etiam in ejus ſuperficie exiſtentem incidat, cui ob innatum magnetismum intime unitur firmiterque adhæret, donec accedente calore ſubterraneo latens ſeminis vis plaſtica excitetur, materiamque fluidam proportionatam mediante ſpiritu lapidifico cum aura ſeminali quaſi identificato taliter ef-

formet, atque in tale corpus lapideum figat, quale in mari è materia teſtacea produxiſſet, duplici tamen diſcrimine; primo quidem, quod probabiliter in hac generatione lapidea, ſi requiſita materiæ quantitas adſit, brevi temporis ſpatio ab excitata latente aura ſeminali integra forma & corporis moles producatur, in accretione autem viventis naturali vis plaſtica ſucceſſive tantum procedat ob diverſa obſtacula, quæ copioſum nutritii ſucci fluxum impediunt, & tantum pedetentim admittunt, ne contentum animalculum obruatur. Secundo vero, quod in dicta corporum efformatione ſæpius etiam aliqua determinata tantum corporis viventis pars produci poſſit ſecundum determinatam ſeminis portionem, vel materiæ ipſius diſpoſitionem differentem, quod in viventibus non obſervatur, ob quam rationem hujusmodi imperfectis corporibus raro vel nunquam vita communicatur, quæ a completa præcipuorum viventis viſcerum ſtructura fluidaque quadam ſubſtantia vitali illa indeſinenter permeante dependet. Hactenus *Langius*. Ponamus autem

tem, majorem longe veri ſpeciem ſecum vehere hanc hypotheſin, quam quidem eſſe vel fieri poſſe re ipſa experimur, mihi tamen ad explicationem tabulæ meæ fiſſilis non omnino videtur neceſſaria, quippe quam

7. Pro vero petrefacto totus agnoſco, neque tamen pro tali, quod ad regnum vegetabile pertineat, licet plantæ aut flori, imprimis lit.|A. multum ſit ſimile, hanc ipſam ob cauſam ab ejus primis reique nondum gnaris ſpectatoribus lapis Tulipæ (Tulipanen-Stein) dictum; uti & M. Joh. Georg. *Helwing* in Lithographia Angerburg. P. II. p. 117. Entrochos (ex meris Entrochis autem figuram noſtri lapidis conſiſtere, ſupra diximus, vid. ſi placet, Epiſt. noſtra) in regnum vegetabile locavit, & Coralliis foſſilibus, vulgo ad *Carang Bonga* Rumphii pertinentibus annumeravit, addita ratione, quod ob ſimilitudinem articulorũ in ſtella quadam marina, eorumq; ſibi invicem junctorũ ſeriem, Entrochi nil minus quam ex animalium claſſe ortum ſuum traxerint, cum ſimilitudo, NB. niſi tota ſtructura concordet, identitatẽ ſpecificam non conſtituat.

Ego vero perſuaſisſimus ſum, ſi VIRO optimo foſſile,quod ad manus habemus, & ubi tota ſane ſtructura quam maxime concordat, videre licuiſſet, regno animali, ad quod omni jure pertinet, nunquam illud detracturum fuiſſe, cui videlicet

8. Ipſe quoque *Langius* in Hiſtoria ſua lapidum figuratorum c. III. p. 64. ſeqq. Entrochos, Trochitas & Aſterias reſtituit, & hujusmodi lapillos probabiliter ad oſſicula ſtellarum marinarum reducendos eſſe cenſuit, inductus auctoritate doctisſimorum Virorum & de ſtudio rerum naturalium ſumme meritorum, Cl. *Luidii* & Celeb. *Liſteri.* Doctiſſimus *Mylius* in P. II. Memorabilium Saxoniæ ſubterraneæ, relationum III. p. 36. pariter Trochitas Entrochosque ad regnum animale refert, & inprimis pro extremitatibus quibusdam ſtellæ marinæ venditat, argumento tum a materiæ & ſubſtantiæ conformitate, quam cum animalibus marinis habeat, tum a loci ratione deſumto. Idem ſtatuit *Roſinus* in Tract. ſuo de ſtellis marinis, cui tamen ego, quod figuræ cuidam, quæ cum noſtra plane eadem eſt, nomen dedit *ſtellæ arboreſcentis*, calculum meum.

ſal-

ſaltem quoad hanc nomenclationem, adjicere non poſſum; ita vero ille eam deſcribit: Stellæ arboreſcentis pars inſignior arbuſculi ad inſtar, in quam plurimos ſe diffundens ramos hisque annexos multos alios ramuſculos. Specimen hocce rariſſimum, cum ramo quodam illius ſtellæ, quæ apud Rumphium titulum Capitis Meduſæ præfixum gerit (ſi laterales ramuli, qui confuſionis evitandæ gratia in figura hujus apud Rumphium omiſſi ſunt, eidem reſtituantur) ut ovum cum ovo accuratiſſime convenit.

Minori adhuc jure iſta figura, quam idem Vir Doctiſſimus p. 31. Tab. II. Claſſ. E. Nr. 1. æri inciſam nobis præſentavit, pro caudæ portione aliqua ſtellæ marinæ haberi poteſt, cum id, quod caudæ portionem eſſe exiſtimat, pars & ramus ipſius corporis, quod vero ſuperne pro parte corporis habet, nihil profecto aliud ſit, quam pedunculi monſtri hujus marini, quibus beſtia iſthæc, uti in deſcriptione Rumphiana extat, curſum ſuum peragit. Ignoſcat Vir Clariſſimus, quod pro ea libertate ab Eo diſſentio, quam Ipſe in fine

fine Tractatus ſui curioſis quibuscunque concedere voluit, quando ita inquit: Etiam illud atque etiam mihi optandum videtur, ſi qui Viri docti plura de hujuscemodi ſtellis annotaverint, ut hæcce publicæ notitiæ diutius non ſubtrahere, ſed haud gravatim in communem evulgare vellent utilitatem.

Quandoquidem itaque ex allatis hactenus rationibus abunde hæc patent, & tota etiam hujus corporis, ſive figuræ, ſtructura machinam animalem exacte declarat, ſtabit, opinor, ſuperior mea, quam in literis ad Celeberr. *D. Scheuchzerum* expreſſi, ſententia, quando foſſile hoc pro integro monſtri illius marini corpore habui, quod rerum marinarum Scriptor laude ſua nunquam defraudandus *Caput Meduſæ* & ſpeciem quandam ſtellæ marinæ appellavit. Equidem ab initio ejusdem meæ epiſtolæ ad primum a *Rumphio* deſcriptum pertinere arbitrabar, cum tamen Celeb. & nunquam ſatis â me laudandus *D. Scheuchzerus* in ſuis ad me reſponſoriis aliter ſtatuerit, & ad Caput Meduſæ ſecundum magis pertinere crediderit

dide-

diderit, ne hoc quidem diſplicere mihi poteſt, vid. Epiſt. Scheuchz.

Perſuaſiſſimus itaque ſum, fuiſſe illud quondam animal vivum, & in aquis domicilium ſuum habuiſſe, quamvis, in quonam præciſe mari vel lacu delituerit, determinare mihi haud liceat. Plurimas ejusmodi ſtellas marinas & Capita Meduſæ in mari Caſpio hodie adhuc reperiri, ex ſæpius citato Rumphii libro nobis innotuit, ubi ſimul, modum, quo animalia iſtiusmodi capiantur, ab Ipſo Ruſſorum Magno Imperatore narratum fuiſſe, refertur: Si ſcilicet baculus vel pertica in aquam ita immittatur, ut beſtiæ incumbat, tum illam ramos (takken) quaquaverſum circa baculum emittere eumq; tenaciſſime apprehendere, & hoc proinde artificio ex undis extrahi. Neq; tamen aſſerere ideo auſim, noſtrum ſpecifice petrefactum in Caſpio mari olim vixiſſe, cum in iſtis locis, ubi maria & flumina nunc conſpiciuntur, ante diluvium jam talia fuiſſe, colligi certo haud poſſit, neque etiam, ubi terra continens atq; habitabilis nunc deprehenditur, ante diluvium lacus at-

que flumina abfuiſſe, tutò inferre liceat, cum horrenda illa, quæ per diluvium invecta fuit, omniumque oculis plus ſatis expoſita eſt, devaſtatio manifeſtè doceat, aquam, lacus & flumina ſitum ſuum cum terra, hancque viciſſim cum aqua commutaſſe. Si enim, ita graphice Cataclyſmum deſcribit Eruditiſſimus *Wedelius*, concipiamus vim aquarum, ſub gravioris ſaltem tempeſtatis inſultum particularem, quid de univerſi orbis tam diro Paroxyſmo cogitabimus, & poli utriusque συῤῥάξει graviſſima? Exhorreo, pergit idem, dum hæc cogito, cœlum terræ indixit bellum: globus terraqueus totus ſubmerſus, continuatis procellis: rugientes ventorum globi, rapidisſima nimborum volumina, ſumma exæſtuantium aquarum præcipitia, diriſſimi fluidorum aſſultus, montium & convallium fragoſi fremitus, diriſſimi mugitus barathrorum, horſum vorſum disjecta omnia, quam non, quæſo, vim exercuerint, vix concipi illud, vix ſatis efferri poteſt, nedum deſcribi. Ponamus autem, foſſile noſtrum per centena vel millena milliaria huc in Sueviam atque Wirtembergiam

giam fuiſſe transportatum, id ſane per horrendam illam aquarum colluviem haud difficulter fieri potuiſſe, perſuaſi ſumus atque adeo, cum Eruditorum nemo hactenus fuerit, qui tutiorem modum atque viam excogitaverit, qua corpora ejusmodi marina ad loca extreme a ſe invicem diſſita, ad ſummos etiam montes, & qui a mari longiſſime diſtant, fuerint delata, conſultiſſimum fore arbitramur, ſi in diluvio acquieſcamus, nec alias efformemus Chimæras, uti *Petrus Aſſaltus* Medicus Romanenſis fecit in notis ſuis ad *Mercati* Opus poſthumum ſupra allegatum, qui modum, quo ad ſummos & a mari remotiſſimos montes corpora marina deferantur, ita exponit: Quod fieri aliquando poſſit, ut aquæ paulatim montium viſcera pervadentes terram ſolvant motuque ſubruant, ex quo efficiatur, ut aqua terræ ruina compreſſa ſurſum pellatur, unaque ſecum magnam teſtaceorum aliorumque vim repentino motu abreptam avehat; imò &, terræ motu omnia ſubverti atque ima cum ſummis permiſceri facile aliquando potuiſſe, contendit, vid. Act. Erud. An. 1718. p. 52.

Quid vero opus eſt talibus figmentis, quæ non, niſi in otioſorum hominum cerebris locum inveniunt, & ſine omni, vel naturæ indicio, vel rationis ſpecie, dicuntur? Quid incerta cominiſcimur in argumento, ubi certitudo ante oculos nobis eſt? Quid alienis conjecturis nos paſcimus, cum quotidiana Experientia omnes per Diluvium Univerſale enatas in natura mutationes ita luculenter demonſtret, ut huic teſtimonio nihil objici vel contradici poſſit? Doleo equidem, ſententiam Diluvianorum in materia de lapidibus figuratis olim jam a Viris cætera Celeberr. & Doctiſſimis plures paſſam fuiſſe contradictiones; ſed & eo impenſius nunc lætor, quod non objectionibus tantum contra eam formatis ſuo jam tempore abunde ſatisfactum, ſed &, quod nulla planior methodus pro explicando hoc de lapidibus figuratis argumento a nullo unquam inveſtigari hactenus potuit, & experientia denique, quæ omnium rerum magiſtra eſt, illis ipſis, qui longo antea tempore ſponte cœcutire voluerunt, oculos adaperuit. Quid olim *Woodwardus*, Medicinæ in Collegio Greshamenſi Profeſ-

ſor

for Celeberrimus, cujus quidem opinionem multi eruditi, prioribus ſuis rejectis, amplectebantur, ab aliquibus tamen exprobrari ſibi paſſus fuit? nunc autem altum de hoc ſenſim ſenſimque videtur obtinere ſilentium. Nonne *Thomæ Burneti* Hypotheſis de diſſolutione terræ totali, temere uſurpatæ & effrænis libertatis nomine fuit onerata & monſtroſæ opinionis titulum geſſit, quæ, niſi principiis mature obex ponatur, multa ſecum trahere poſſit incommoda? (Burnets genommene Freyheit in der unumſchränckten Betrachtung der Erden und Annehmung ungeheurer Hypotheſium iſt immer ſchlimmer ausgeſchlagen; wie dann ſolche Mala, wann ihnen nicht ernſtlich gewehret wird/ je länger/ je ärger werden/ vid. Unſchuld. Nachr. An. 1716. p. 349. Quid, quod & manibus hujus Viri id adhuc in contumeliam dictum fuit, eum ſua telluris Theoria turbas paſſim excitaſſe (er habe durch ſeine Theoriam telluris und andere Schrifften hin und wieder lärmen gemacht) ib. An. 1715. p. 1150. quæ vero non dici tantum, aut ſecure in diem ſcribi, ſed & ſolide demonſtrari debuerant. Quid ſi autem peccaverit Bur-
 netus

netus, &, quod largiri forſan poſſumus, juſtos limites tranſilierit, tam acrem tamen & durioribus conceptam verbis cenſuram haudquaquam meruiſſe nobis videtur. Certe, qui integram ejus Theoriam attento atque ſedato animo perlegerit, non ſubtile tantum, ſed & apte cohærens ſibique conſtans ſyſtema ibi deprehendet, & pleraque omnia, quæ contra illud vel formari, vel ſuboriri ſponte poſſunt, dubia ex ipſo ſyſtemate ſolvi atque explicari poſſe agnoſcet. Cæterum, qui primam & antediluvianam telluris faciem pulcherrimo, ſplendidiſſimo, amœniſſimo ornatiſſimoque habitu e ſapientiſſimi Creatoris manibus prodiiſſe ſtatuit, nihil prorſus dicit, quam quod in æternam potentiſſimi hujus omnium rerum Auctoris laudem atque gloriam omni tempore præd care fas eſt. Uti è contrario telluris, qualis nunc eſt, informis ſcilicet hujus quoad potiorem partem atque horridæ, ſine omni lege atque ordine diſpoſitæ conſideratio, & vel ſolus omnimodæ hujus confuſionis aſpectus ſerius præco eſſe poteſt ultricis DEI juſtitiæ, quæ adeo nihil intactum reliquit,

quit,

quit, ut non tantum omnis caro ſuper terram reptans, volatilis ſcilicet, jumenti, beſtiæ, reptilis & quicquid in ſicco erat, juxta Gen. VII. 22. ſed ipſi etiam piſces, & quorumcunque alias in aquis vita eſt, illam experiri neceſſum habuerint. Ut itaque mirari haud ſemel ſubierit, cum in Cl Langio legerem, quod univerſa, quæ in aquis vivere poſſunt, diluvii plaga non tetigerit, utpote quæ terrena tantum mortificaverit, ideo quia Deus terræ tantum maledixerat & cunctis animantibus in ea degentibus, in quibus ſpiraculum vitæ erat; quam opinionem auctoritate Divi Auguſtini ſtabilitum it Vir Cl. in Orig. Lap. fig. p. 28. Quid enim, ut pauciſſima ſaltem pro univerſali hac plaga afferam, quid de fluctibus maris ex ipſo fundo abyſſi ſummo impetu proſilientibus erit dicendum? nonne ſatis hæc fuere ad pariendam in univerſo oceano omnimodam confuſionem? qua ipſa piſces in profundo maris deliteſcentes in tantam elevati fuere altitudinem, tamque procul a domeſtica ſua ſtatione depulſi, ut ſubſidentibus repente aquis non jam illis amplius illa ipſa oceani regio, ſed areola terræ pro ſitu ſuo fuerit adſignata, ac proinde, uti terrena per elementum aquæ, ita contrario plane modo aquatilia per elementum terræ ſuffocata fuerint atque punita, licet, horum mortem non æque univerſalem fuiſſe ac terrenorum, ultro largiamur.


Sed manum nunc de Tabula. Pauca habes, L. B. quæ ex occaſione inventi noſtri rariſſimi Tecum communicare, Tuasque cogitationes tentare non ſupervacuum fore duximus. Superſunt, quod facile agnoſcimus, quæſtiones non paucæ, quæ, quia

ad

ad præſentem argumenti noſtri elucidationem plurimum facere videntur, tangi a nobis atque in medium proferri quidem potuiſſent, a quibus vero, cum id neque ſcopi noſtri, neque laborum ratio ita ferat, ſponte abſtinere totamque rem ſaltem in compendio ſiſtere maluimus. Neque ignoramus, de noſtra etiam domeſtica lapidum figuratorum ſupellectile, quæ vel in Ducali Cimeliarchio heic loci, vel in privatorum quorundam Muſeis aſſervatur, tot ac tanta poſſe narrari, ut, quod olim Mylius, Helvvigius & Volkmannus de ſua quiſque fecerunt patria, idem etiam de noſtra ſcribere & integrum de *Wirtembergia ſubterranea* volumen colligere, perquam eſſet facile. Cum autem rectiſſime monuerint Actorum Eruditorum Collectores, Cl. Volkmannum de ſua Sileſia non minus mereri bene, quam alios, qui ſuæ Patriæ ſimilem præſtiterunt operam, illud autem verendum eſſe, ne, ſi alii eadem induſtria pergant, ſæpius dicta recurrant, Act. 1721. p. 88. etiam hic terminos ponendos nobis eſſe duximus, de eo ſolummodo ſolliciti, ne Cimelium noſtrum ſine ulla præfatione vel commendatione in conſpectum Eruditorum prodiret.

Tu interim, L. B. laboribus noſtris fave, &, *ſi meliora his dicere noſti,*
Candidus imperti, ſi non, his utere mecum.

)o(



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005265652

Digitized by Google